









1730.

1. Berolinensis, Gott. Christianus, Ord. iuris. . . Decanus: Lectio  
benovolo s. p. d. (ad Reputacionem saltem Traiani Gott.  
Lecti. Ehrlich insitab).
2. Berolinensis, Gott. Christianus, Ord. iuris. . . Decanus: Lectio  
benovolo s. p. d. (ad Reputacionem saltem Traiani Daniell.  
Kettneri insitab)
3. Berolinensis, Gott. Christianus, Ord. iuris. . . Pro-Decanus:  
lectio benovolo s. p. d. (ad Reputacionem saltem  
Corni. Gottfridi Engelhardt insitab)
4. Berolinensis, Gott. Christianus, Ord. iuris. . . Pro-Decanus:  
lectio benovolo s. p. d. (ad Reputacionem saltem  
Traiani Christophori Rockring insitab)
5. Berolinensis, Gott. Christianus: De iure sepius ~~etiam~~  
2. Exempl.
6. Berolinensis, Gott. Christianus: De eo, quod iuribus  
est circa saltationes
7. Berger, Dr. Gottlieb: De origine ordinis Russi  
Volleris.

8. Celleius, Christoph Laurus.: Ad audiendum orationem,  
qua officium docens iuri naturae et gentium  
a, b. suscipiet, lectorum benevolentum . . . iuritas.
9. Celleius, Christoph Laurus: Capitis integrum robustum  
et processi principianum ex iure Rom. imperio pall.  
et saxonico:
10. Dickterius, Dr. David: De non adaequata eructione  
in IV. facultates divisione
11. Hanaceius, Christianus: De palma Minervae  
in imprudentia mundum occupata ex insitudo  
et discessus ad orationem solennem . . . iuritas.
12. Hellmannus, Samuel Christianus: De reformatione  
philosophica condidique libro in philosophia  
symbolicis
13. Hellmann, Samuel Christianus: De reformatione  
philosophica condidique libro in philosophia  
symbolicis

13. Kirchnerius, Georgius: Dissertatio philologica  
de Pauli iurisprudentia vigilatione locum sacrum  
justificacionis portas embleante
14. Kraus, Joh. Gottfrid, Ord. Iuris . . . Decanus:  
lectori bus omnium ordinum honorabilissimus s. p. I.  
(ad dissertationem solennem Iohannis Friderici Laut-  
bergeri invitata)
15. Kraus, Joh. Gottfrid. Ord. iuridici . . . Pro-Decanus:  
lectori bus omnium ordinum honorabilissimus s. p. I.  
(ad dissertationem Chrysostomi Gottlieb Spangleri  
invitata)
16. Kraus, Joh. Gottfrid. Ord. iuridici . . . Pro-Decanus:
17. Krausius, Dr. Gottfrid: De remuneratione juris ex  
simultanea investitura questi.
18. Krausius, Dr. Gottfrid: De testamentis controversis  
postessimum publicis
19. Leyser, Augustinus: De iuramento perorescatu  
ejus tanque non practico

- a, b*
25. Leyserus, Augustinus: *N. iustia infusa, inde 18  
gentia*
26. Leyser, Augustinus: *Flores ac fluminis hortis collecti  
in Angaranam conservare operatus* 19
27. Menckes, Gottfridus Lutetiae: *De eo quod juris est  
circa subscriptiōnēm librorum symbolicorum a jure  
secorum imperiū principum evangelicorum depl.  
Sententia.* 30
- 28<sup>1</sup>.<sup>ab</sup> Menckes, Gottfridus Lutetiae: *De possessione  
furbitione verbis vel scriptis facta.* 29 resp. 31
29. Menckes, Gottfridus Lutetiae: *De eo, quod juris est  
circa iustitiam* 32
30. Reichenow, Ruth Kar: *N. statu canonum matrimonialium  
tempore reformationis*
31. Schneider, Ernestus Christianus: *N. causis errorum  
priorib[us]*
32. Stentzelius, Christianus Gottfridus: *N. venenis terminis  
lis et temporanis, quae Galli Les Pintres de la conuincione  
(Inconuincione - Polaersten) vocant.*

18. Sturmus, Gottlieb: *De causa Germanico ruris et foeni  
ruricorum in Estonia*. Vnde Bavar. Gallus und Sibrisches  
Lobus - Trajan über Schallberg - Lehn.
19. Sturmus, Gottlieb: *Dissertatio iuris dico, que trium  
Controversiorum ex jure civili . . . publico . . . merciori  
exprimit .*
20. Viter, Christianus: *To scientia et methodo medendi  
generis*
31. Weidler, Dr. Fridericus: *De origine et natura bus-  
tuum constitutorum ex jure Germanico*
32. Wakenius, Franciscus: *To propriaeum Linguarum origi-  
nalem ac secundum Wittenburg. In phisiologia sacra meritis.*

and were situated near the coast and about  
a mile from the sea and a river which  
was navigable about a mile inland.  
The river was very narrow and shallow  
and the water was muddy and turbid.  
There were many small islands in the river  
and the water was very shallow in some places  
so much so that a man could walk across  
the river without getting his feet wet.  
There were many small fish in the river  
and they were very plentiful.  
There were many small fish in the river  
and they were very plentiful.  
There were many small fish in the river  
and they were very plentiful.  
There were many small fish in the river  
and they were very plentiful.





DISSE<sup>1643.</sup>  
TATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
<sup>DE</sup>  
**RENVNCIATIONE**  
**J V R I S** <sup>342.</sup>  
**EX SIMVLTANEA INVESTITVRA**  
**QVAESITI** <sup>2A</sup>

CONSENSV AC DECRETO  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
PRAESIDE

**JO. GODOFR. KRAVSIO JCTO**

INSTIT. P.P. CVRIA PROVINC. SCABIN. ET FACULT. JVRID. VITEMB.  
JUDICII ITEM PROV. INFER. LVSAT. ASSESSORE DIGNISSIMO

PATRONO SVO DEVOTE COLENDO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI

*AD DIEM XXVII. OCTOBris MDLXXX.*

**IN AUDITORIO MAJORI**

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSUVETIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SUBMITTIT  
AVCTOR

CAROLVS GODOFREDVS ENGELSCHALL  
J.V. CAND. REGIO. ELECTORALI CAMERAE A COMMISSIONEVS  
P.T. ACTVARIVS.

**VITEMBERGAE, STANNO SCHLOMACHIANO.**



ILLVSTRISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
DN. VVOLDIMARO  
*L.B.a* LÖVVENTHAL

DYGNASTAE CLIENTELARVM MV  
CKENBERG, KRAVSCHIZ, GOTTSKE ET  
HOLLDORFF

POTENTISSIMI POLONIARVM RE  
GIS ET ELECTORIS SAXONIAE SVPREMO  
AVLAE MARESCHALLO MINISTRO STA  
TVS INTIMO ORDINIS ALBAE AQVILAE  
EQVITI ETC.

RELIQVA

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO.

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
DN. GOTTLLOB FRIDERICO  
*L. B. a* GERSDORFF  
DYNASTAE BARVTHI  
SACRATISSIMI POLONIARVM REGIS ET  
ELECTORIS SAXONIAE MINISTRO STATVS  
NEC NON CONSILIARIO INTIMO.

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
DN. JOANNI ADOLPHO  
*A L O S*  
DYNASTAE HIRSTHSTENY ET  
WVHNIZY  
AVGVSTISSIMI POLONIARVM REGIS ET ELE  
LECTORIS SAXONIAE MINISTRO STATVS CON  
SILIARIO INTIMO NEC NON SVPREMO STA  
BVLI REGII PRAEFECTO  
DOMINIS SVIS GRATIOSIS  
S.

ILLVSTRISSIME BARO  
DOMINE GRATIOSISSIME  
PERILLVSTRES ATQVE EXCELLEN  
TISSIMI DOMINI  
DOMINI GRATIOSI

**N**on reprehenderis spero, conatus mei fiduciam, quod  
ILLVSTRISSIMO TVO, ac VESTRIS PER  
ILLVSTRBVS, EXCELLENTISSIMISque  
NOMINIBVS, has qualescunque paginas inscribere,  
solenniterque dicare audeam. Evidem novi, nihil eas afferre,  
quod dignum sit, ut VOBIS in illa, qua splendetis dignitate, in-  
ter gravissima, quibus pro Salute, tam REGIA, quam publica, in-  
sudatis quotidie negotia, placere possit. Sed tamen præter ingenio-  
rum VESTRORVM facultates, prudentiæque, qua in primis emi-  
netis, exquisitissimam vim, ea summa est VESTRORVM animo-  
rum.

rum bonitas, ut sigillatim literas, & artes, in vita optimas, comple-  
ctamini, ac foveatis. Nullus itaque, hac fama excitatus, dubito, fore,  
ut hocce quale quale devotissimæ mentis monumentum Sereno, ac  
benigno vultu accipiatis, meque VESTRAE gratiæ olim com-  
mendatum habeatis, persuasi, me ea, qua par est, animi religione,  
atque industria, eo esse allaboraturum, ut VOBIS, MAECENA-  
TES, meas vivendi, agendique rationes adprobem, & perpetuo,  
quoad superstes ero, existam.

## ILLVSTRISSIMAE TVAE

### AC PERILLVSTRIVM VESTRARVM EXCELLENTIARVM

Dabam Vitemberge  
d. 27. Octobr.  
A. c 15 c 1655 x.

*M*INISTERIAZ per diuersitatem p[ro]p[ri]etatis intercedunt  
ILLVSTRIS, EXCELSIS, P[RE]STIGIIS, IN OMNIBUS p[er]tinet  
D[omi]n[u]s CAROLVS GODOFREDVS ENGELSCHALL  
*Cliens humillimus*

CAROLVS GODOFREDVS  
ENGELSCHALL.



Q.D.B.V.

S E C T . I .

DE

RENVNCIATIONE ET SIMVLTANEA  
INVESTITVRA IN GENERE.

§. I.



Vid in explicanda renunciationis derivatione, enarrandisque variorum ejusdem significatuum mæandris, si nimirum vel pro divorcio, & repudio L. i. §. 2. ff. de divorce & repud. L. 17. §. f. ff. de reb. aut. jud. post L. i. C. de spons. BRISSON. L. 16. de Verb. Signif. WIN. MORALD. Tr. de matrim. m. de spons. renunc. vel pro apparitorum, & viatorum relatione L. 40. ff. de contr. emt. L. i. 3. 5. ff. si mensur. PANDOLF. Lexic. L. renunc., vel pro judicij definitivj actu, quo conclusio causæ fit, auth. Jubernus in L. 9. C. de jud. GAIL. L. i. O. 107. n. 3. SCHWARZENTHAL Proc. Jud. L. 2. act. jud. vel pro beneficij ecclesiastici resignatione L. i. Decr. t. 9. L. i. t. 7. in 6to. CANIS. Summ. J. C. L. i. t. 15. CORVIN. L. i. t. ii., vel pro revela-

Vocabulum  
RENVNCI-  
ATIONIS,  
quomodo  
accipiatur?

A

2 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

revelatione arcanorum L. 38. §. I. ff. de pœn., vel pro declaratione muneris publice collati, GELLIVS N.A. L. 12. c. 8., accipitur, fuso admodum, criticoque quasi scrupulo hæreamus, non habemus. Quid enim, his præstructis, per renunciationem nostram indigitamus, facillimo cuivis patet negotio. Quippe ejusdem nomine nobis nihil aliud venit, quam juris, personæ renuncianti, competentis, vel fine, vel pro circumstantiarum gravitate, cum auctoritate judicis, scienter, facta cessio. In quo significatu, eadem, recusatio, remissio, repudiatio, resignatio, refutatio, denoratio: his enim vocabulis passim, in describenda renunciatione utuntur autores, v. SCHELLNG Tr. d. Act. & Except. L. Renunc., MASCARD. de prob. V. 3. concl. 1266. Græcis ἀπόρατος, & αποτάγη Germanis vero, Begebung/Verzeihung/Verzicht/ appellari solet. Nostro in casu, stylo I.F.C. consueto, vocem refutationis substituendam putamus; hac enim illud ipsum de renunciatione passim II. F. 14 18 24. 26. 38. 49., utitur: verum verba non adeo esse curanda autemamus, si in re solummodo conveniamus. Differentias vero harum vocum inter se rimari altius, nostri non est instituti, has sciturum remittentes ad DALLNERI Tr. de renunc. c. 1. n. 17. GIPHAN. Tr. eod c. 1. LEVCHTII Add. ad DALLNER. c. 1. n. 15. aliosque plures.

Objectum e-  
jus in genere  
quale?

§. II. Objectum & materia hujus renunciarionis, uti circa jus quocunque, ut ita loquar, renunciabile versatur, quod in vulgari D.D. regula: quocunque est alienabile, huic quoque renunciari potest, comprehenditur, cum illa ipsa sit species alienationis STRYK. Caut. Contr. S. 1. c. 5. §. 12., & hinc dicatur, posse aliquem omni suo juri, sive spe, sive re competit, renunciare, L. 50. C. d. Episc. & Cler. L. 29. C. d. paet. EVERARD. Conf. 12. n. 44. MYNSING. Rp. 1. n. 37. DECIAN. V. 2. rp. 39. n. 42., & hæc, quæ in favorem sui da-  
ta,

## SIMVLTANEA INVESTITVRA QVÆSITI. 3

ta, & facta sunt, contempnere, L. 41. §. quia ff. de min. 25. an. imo juris sui persécutionem, aut futuræ perceptionis spem deteriorem reddere, L. 46. ff. d. paet. à. L. 69. ff. d. R. J.; ita nostræ, quam hisce tractare paginis, animum induximus, in specie, Jus ex simultanea investitura quæsitum, sponte vero sua in alterius favorem refutatum, audit objec-tum. Posse enim illud ipsum jus licite, & salve refutari, vel ex hoc unico colligitur, quia simultanea investitura, & ex ea Jus in feudo reale natum, eandem cum ipso feudo naturam, eandem connexionem nec non unam, eandemque operationem, & virtutem sortitur, SCHRAD. P. II. P. 9. §. 6. qu. 15. Jam vero novisti, uti relatorum & correlatorum una datur ratio, & dispositio, ita & hoc nostro in casu, ubi feudum ipsum a vasallo posse refutari, II. f. 38. & 49. STRUV. Synt. J. F. C. 12. §. 14. HORN. Jurisprud. F. c. 22. §. 3. tralatitium habetur, quidni pari ratione Jus ex simultanea investitura quæsitum poterit?

nostræ in  
specie quale?

an simile, in  
vesti. juri re-  
nunciari pos-  
sit?

Quid simul-  
tanea inve-  
stitura sit?

• simile ab eo  
• sed sine causa

§. III. Simultaheam vero investituram, universæ fere Germaniæ SCHILT. Inst. J. F. c. 5. §. 7. Diff. d. Sim. inv. c. 2. & nostris in primis Saxonibus recepram, HORN. c. l. c. 12. §. 27. Juri Comm. Feud. incognitam LETTER. d. F. J. c. 10. §. 9. MEV. conf. 90. n. 126. moribus omnino introductam LUDWELL. Synt. J. F. c. 8. p. 56. STRUV. c. o. §. 15. vulgo describunt, quod actus sit, quo dominus, vel consentiente, vel supplicante vasallo, possessore, solenni aliquem ritu, sub fidei promissione, in vasallum recipiat, eique jus quoddam reale, præfertaneum in feudo, cum jure possessoris quodammodo commune, certamque tribuat possessionem HORN. c. l. §. 26. STRUV. ib. §. 14. Ex his itaque colligimus, in quonam Jus istud nostrum partim consistat, partim quonam commodo, arque effectu fruatur. Operatur quippe, omnibus supra memoratis, observatis, certam aliquam, ut ita loqui liceat,

& in quo-  
nam Jus ex  
illa queſio-  
num conſi-  
stat?

A 2

reali-



4 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

realitatem, cui possessor nullo modo præjudicare potest,  
ROSENTH. C. 7. concl. 48. n. 4. imo ipsam indubitatum suc-  
cessionem, Torgauisch Ausschr. d. anno 1583. S. Die well ic.  
keine andre Succession / oder Lehn-Holge ist ic. eamque ta-  
lem, ut statim, possesso re vasallo, fato absque liberis defun-  
cto, acu secundo, propriaque autoritate, possessionem feu-  
di, ita investitus, occupet, M. PIST. L. II. qu. 95. n. 11. CARPZ.  
L. 6. rp. 115.

Potest cuili-  
bet cedi &  
refutari,

Ordo differ-  
entiationis hu-  
jus,

§. IV. Jus itaque hocce nostrum solennitatibus addu-  
ctis quæsitum, & radicatum, vel, ad instar feudi, cuvis ex-  
traneo, vel agnatis, & investitis simul quibuscumque cedi,  
ac refutari potest. Observes vero velim, renunciationem  
extraneo factam, suis regi, ac circumscribi terminis, in so-  
lemnitate quadam, & forma extrinseca, observandis. Inde  
consensu domini, vasalli, ceterorumque, quorum interest,  
agnatorum fieri, nostri autem hic loci non esse; perquisivimus  
enim quodammodo istam in Dissert. nostra anno 1728.  
D. WERNHERO, Witemb. de *Jure simult. investiture non*  
*alienabili*, habitam, quorsum lectorem brevitatis studio, re-  
mittimus, sed illam potius, quæ agnatis ipsis, & simultaneae  
investitis fieri solet, quantum pro exiguo ingenii modulo  
nobis licebit, hocce Dissertationis Inauguralis Specimine  
esse pertractatueros. Suppeditabimus itaque suo, ac justo or-  
dine, præcipuas, & necessarias hujus nostræ renunciatio-  
nis divisiones, has personæ renunciantes, & in quorum  
vel commodum, vel præjudicium huic Juri renunciatur,  
excipient, ulterioribus deinceps Sectionibus forma, effe-  
ctus, modique revocandi, & tollendi renunciationem sub-  
sequentur, ac agmen tandem actiones, tam renuncianti,  
quam ipsi, ut barbare loquar, renunciatario competentes,  
claudent.

SECT.



SIMVLTANEA INVESTITVRA QVÆSITI.

SECT. II.

DE

RENVNCIATIONIS JVR. EX SIM. INVEST.  
QVÆSITI DIVISIONIBVS.

§. I.

**P**rima renunciationis nostræ divisio in generalem abit, & specialem. Prior non omnia specificè exprimit, sed in genere omnibus juribus, quibus intuitu alicujus rei fruatur, valedicit, KLOCK. Vol. 2. Cons. 84. n. 2. DALLNER. c. l. c. 2. Quid operetur nondum unum idemque DD. est suffragium. Jac. Thomingius Dec. I. n. 2. ejusmodi renunciationem idem valere, quoad species sub genere contentas, quantum specialem expressionem, adserit. Et id quidem ex admonitione BALDI in L. paſtum dotali qu. 16. C. de Coll. hausiville videtur, qui renunciantibus suggerit, ut a generalioribus sibi caveant verbis, ne si, quod Imperator in L. f. §. f. C. de prom. effuso sermone se iactent, in promtum incident periculum, BORNIGN. CAVALCAN. Det. 5. n. 32. His contradicunt meliore fundamento alii, regerentes, hanc vel ideo non sufficere, ubi expressione speciali opus sit, cum in illis matura nimirum mentis deliberatio, & enixa voluntas non concurrant, quæ tamen ad Juriū renunciations, quæ alienationis sunt species, exposcuntur, STRYK. c. l. §. 3. Præterea esse renunciationem strictæ interpretationis, L. 27. §. 4. L. 47. §. 1. ff. de paſt. CARPOV. P. I. Det. 58. n. 13. & talis naturæ, ut in illa de una re ad aliam, nec de casu ad casum valide haud concludatur, BOER. qu. 23. n. 9. ANT. FARER. in Cod. L. 4. t. 21. def. 15. n. 2. neque ad incogitata, quod utique proterve fieret, & non expressa referatur, IOH. DAVTH. in C. 2. de paſt. in 60. n. 158. GAIL.

I. divisio in  
generalem &  
specialem.  
Quid sit, &  
operetur re-  
nunciatio  
generalis?

6 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

L. 2. O. 77. PRÜCKM. Cons. 8. n. 222. SCHVRF. Cent. I. cons. 96.  
TREVTLER. Sel. Disp. V. I. disp. 25. tb. 5., nec in illam, cui  
quis specialiter non esset renunciaturus, veniant, WESEN. Cons. 42. n. 52. SCHRADER. in L. s. unquam n. 19. C. de rev. don.  
ergo nihil prius operari, quam cum ad rem, & causam spe-  
cificatam restringatur, CRAVETT. cons. 880. n. 18. MENOCH.  
cons. 423. n. 11. Quod omnino æquitati, & ipsis juribus, quæ  
nullum cum alterius locupletari volunt injuria, & detrimen-  
to L. 206. ff. d. R. J. consentit.

an nostro in  
casu proce-  
dere possit?

S. II. Jam videamus, quoque hæc in renunciatione  
Jur. nostri simult. procedere queant. Primo intuitu videtur,  
hanc renunciationem generalem vel ideo hic exulare, quia  
huic non plura, quibus simul renunciamus, jura, sed solum  
in feudo quæsumum jus insir, ergo specialis potius dici me-  
reatur. Verum expeditum esse censeo, etiam huic nostro  
Juri inesse plura, præsertim si plures adsint investiti, quo-  
rum non omnium in commodum, sed unius saltem, renun-  
ciatur. Hoc itaque remisso generaliter, non statim certera,  
& his annexa commoda, & beneficia remissa videntur. Si  
itaque aliquis in favorem agnati huic Juri renunciaverit:  
Er begebe sich hiermit seines Rechtes/ und Gerechtigkei-  
ten ic. an dem Lehn-Guth in faveur seines Beters ic. non  
ab omni feudi successione ea proper arcendus erit, sed suæ  
tantum partis: præsumitur enim in dubio de ceteris agna-  
torum partibus non cogitasse, multo minus feudum, re-  
nunciatio mortuo, domino, sed renuncianti, cedet. Ob-  
venerunt hac in materia diversi, quos cernere licuit, casus,  
quos ad illustrandam thesin, ampliores, & fusiores quidem  
alias, brevissimis jam exponemus. Tene ergo: Titia, Sem-  
pronie foror feudum acquirit, sibique fororis jam defunctæ  
tres filias, unumque filium, hac lege simultaneæ investien-  
dos curat a domino, ut æqualiter in capita succedant, & al-  
ter

illustratus  
casibus.  
Cas. I.

## SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI. 7

ter semper in alterius parte jus aliquod radicatum, & quæsum habeat. Vna harum sororum, in natu maxima favorem, huic suo juri, vel circiter ita renunciat: Wölle sich auch in faveur ihrer Schwester allem Recht und Gerechtigkeit der Mitbelehnshäfert an dem Guthe der Tria hiermit endt, und ausdrücklich in bester Form Rechtes begeben haben ic. Qua facta renunciatione, hæc cuius in gratiam refutata est sim. investitura, & altera sororum, vita funguntur, solusque frater, cum renunciante superest, ex hac renunciatione illam excludere, & solus succedere prætendit, an audiendus sit, quæritur? Opponit 1) generalia verba, allein Recht der Mitbelehnshäfert an dem Guthe ic, 2) tacitam insuper in ceteris partibus, & toto omnino feudo, futuræque successionis, ex his renunciationem urget, 3) adhibitam juramenti formulam, eydlich capit, & inde, nullum amplius sorori, sed soli sibi in feudo succedendi superesse jus, infert. Si, quod prius membrum spectat, supra §. 1 allegaras DD. hic sententias colligis, quod alterum, taciti eandem, ac expressi esse vim, L. cum quid ff. si cert. pet. GAIL. L. 1. obs. 116. n. 5. adseris, quod tertium, juramentum renunciationi, quamquam generalissimæ adjectum, tantumdem operari, quantum speciale alias renunciationem, arg. L. 77. §. 23. de Leg. II. MASCARD. d. prob. V. 3. concl. 1264. n. 53. WESEN. Cons. 52. n. 24. DAVTH. c. 1. n. 75., aliisque credas, & hanc esse communem, in Jur. Can. fundatam opinionem, c. 9. X. de jure, a qua propter religionem juramenti neutiquam recedendum, quippe quod hoc casu, absque dispendio æternæ salutis servari potest, GAIL. L. 2. o. 37. n. 23. statuas, res conclamata etiam atque etiam videtur.

rationes du-  
bitandi,

§. III. Attamen his altius peripectis, facillimo negotio parebit, fratrem, quod in partes suas trahat, parum, aut nihil habere. Obstant enim quod primum momentum

rationes d-  
cidendi pri-  
mi momen-  
ti,

con-

concernit, partim ea quæ §. 1. in contrarium adseruimus, partim novimus, quod in omni casu ad id, quod contrahentes senserunt, à L. 19. ff. d. R. C. L. 9. C. d. hær. inst. L. 17. C. de don. eorumque indicia denotant, L. 7. §. 2. de supp. leg., sit respiciendum, & quod actus agentium non ultra ipsorum intentionem L. 3. ff. d. R. C. CARPZ. P. II. D. 19. Conf. 32. n. 5. operentur, sed potius ex causa sua principali L. 11. ff. d. R. C., atque ex fine sint dijudicandi L. 3. ff. d. Furt. BARBOS. Loc. Comm. L. I. c. 25. ax. 38. Jam in hac renunciatione deprehendis, inter sororem alteram tantum illam esse factam, & licet ex verbis generalioribus, & ver Mit-Belehnshäf/ argui possit, illam super toto feudo, & non ejusdem tantum parte, institutam esse, quid fratri inde juris? cui exceptio, quod res sit inter alios acta, & quod renunciatio non ad alias personas, nec ad alias res, quam de quibus nominatim actum est, extendetur, CARPZ. P. II. c. 6. d. 20. Tib. DECIAN. V. 3. Resp. 113. n. 21. TREVTL. c. 1. V. 1. d. 25., e diametro resistit; Cum insuper notum habemus, quod nulli prorsus renunciatio proficit, nisi ei, vel ejus hæredibus, cui facta dicitur BALD. in L. 24. C. d. pact. n. 1. BOER. Dec. 104. n. 3. Qui enim Juri suo renunciat, id in paciscentis tantum favorem fecisse intelligitur, eoque jus suum, quatenus de tertio agitur, salvum, integrumque retinet, II. DN. de WERNHER Obs. P. IV. obs. 31. & quod tandem penitus expiret, & pro non facta habeatur, si is, in cuius favorem ista facta fuerit, jure suo, vel per mortem, vel alium casum, aut impedimentum, uti impediatur, ALEXAND. L. 3. cons. 29. COVARVV. P. 3. L. 6. §. 3. n. 4. d. Pact. Card. PARIS. Cons. 26. L. 3. n. 20. Dec. cons. 31. Col. 1. SCHRAD. P. X. S. 9. n. 206. p. 325.

rat. decidi. II.  
momenti.

§. IV. Ex his deductis sequitur jam sua sponte, quod regula alteri momento adposita, hic male adplicetur, cum expeditum sit, expressam renunciationem plus valere quam tacitam,

## SIMVLTANEA INVESTITVRA QVÆSITI. 9

tacitam, PH. DEC. L. 155. n. 5. ff. d. R. J. TIRAQV. in L. si nunquam n. 112. C. d. rev. don., nec quenquam casu, de quo non cogitavit, vel quem non expressit, renunciasse præsumi, JOH. OLDENDORP. Ench. Exc. contr. renunc. exc. 13. MAS-VER. Pr. For. t. de renunc. n. 5. Renunciationes enim juri-um non præsumuntur, quia in facto consistunt, & non cre-dibile est, quenquam suum jactare velle L. 25. ff. d. prob. c. 5. X. de renunc. arque adeo evidenter sunt probandæ, CE-PHAL. Cons. 605. V. 4. n. 2. MYSING. Rp. 43. n. 38. Si præ-sertim alia, quam renunciationis, capi potest conjectura, DE WERNHER Obs. P. X. o. 18. Quod omnino hoc in casu sese exerit, ubi soror quidem in favorem sororis renunciasse feu-do, non æque vero tacite in fratris commodum, dicitur.

§. V. Quod vero tertium attinet momentum, cui, ro-bur, & æs quasi triplex, per verba Eydlich adstruitur, no-vimus, universali DD. consensu hæc verba, eydlich / & an Eydes- statt/ juramenti corporalis, & obligatorii vim, ac efficaciam non habere, RAVCHB. P. I. qu. 34. n. 16. M. PIST. V. 2. Cons. 19. qu. 22. BORCHOLT. de pact. c. 5. n. 61. ff. WESENB. Cons. 15. & 23. STRYK. c. I. §. 17. Quoties enim juramen-tum auctum debet corroborare, toties forma illius solennis prærequiritur, BALD. in c. 26. X. de jurej. FELIN. in c. 7. X. de test. WESENB. cons. 15. n. 63. Et id tanto magis in foemini-s, quæ ad renunciationes juriū facilius adducuntur L. f. C. de don. ant. nupt. H. PIST. L. 4. qu. 6. n. 3., & aliud in-super sit, actualiter juramentum præstare, aliud juramenti loco promittere, COLER. de Proc. Exec. P. I. c. 10. n. 241. A BEL STRASBURG. cons. 3. n. 4. quod prius in contrarium alle-gata Jur. Canon. dispositio innuit, & multi in Saxonia pro essentiali forma in muliere renunciante arg. P. II. Const. 35., exposunt Doctores, v. SETSER. d. jur. L. I. c. 16. n. 17. CARPZ. P. II. c. 16. d. 6. Quid quod demum juramenta juxta substra-

rat. decid. III.  
momenti.

B

tam



10 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

tam materiam sunt interpretanda, & hinc ad alia, & non cogitata, minime extendenda; Proinde sequi putarem neque his ex verbis, renunciationem in favorem quoque fratris factam esse, redundare; neque priora momenta, soroem tam a ceteris, quam sua potissimum parte, excludere posse.

CAT. II.

§. VI. Jam ad alterum hujusmodi generalioris renunciationis casum. Tres nimirum fratres in feudo patrui unam, eandemque pro se, & filiis una suis simultaneam, investituram obtinent, ita ut hi proprio quoque facto, quasi nominarim investiti, defuncto parente, succedant. Horum natu minor, militiae, & castris deditus, reliquis fratribus vel ita jus suum tradit: Er wolle sich auch an dem Lehnguthe seines Betters/ und sonstien allem Recht/ und Ge rechtigkeit/ so ihm ie zu statten kommen möchte/ ausdrückl. und wohlbedächtig/ für sich/ u. was ihm angehe/ iezt/ und zu ewigen Zeiten/ begeben haben ic. Jam tene, hoc peracto, 1) matrimonium renuncians contrahit, & liberos suscipit, 2) natu major, accepta partis feudi, ad se delati, aestimatione, novum adquirit feudum, fratres suos, eorumque masculos simultanei investiendos, expedit, & non multo abhinc decedit. Quæritur 1) an liberi per renunciationem patris, in feudo sint exclusi? 2) an ipse renuncians, vi verborum, iezt/ und zu ewigen Zeiten/ ic. und sonsten ic. quod frater anxie propugnat, in feudo fratris noviter comparato, succedere nequeat? Videtur equidem, quod priorem quæstionem spectat, filios per verba: Für sich/ und was ihm angehe ic. licet post renunciationem nari sint, a patre in una, eademque renuntiatione esse comprehensas, præsertim cum patremfamilias nihil magis concernat, & tangat, quam ipsi liberi, ipsaque familia: Præterea otiosa hæc clausula foret, quod naturæ pactorum repugnat, quippe ubi verba

Rat. dubit.  
quæst. I.

## SIMVLTANEA INVESTITVRÆ QVÆSITI. 11

verba semper ita sunt interpretanda, ut effectum aliquem, & operationem fortiantur, nec superflua audiant, L. 20. §. 9. ff. d. hær. pet. Card. T V T S C H. T. 4. L. I. concl. 30. n. 52. aut si dubia sint, & varium significaturum habeant, in eum, qui aptior est, intelligenda veniunt, atque ad id semper respicendum est, ne ita capiantur, ut negotium elusorium reddatur, arg. L. 67. ff. d. R. J. de W E R N H E R. Obf. P. I. obf. 27. hinc eorum interpretatio regulariter contra eum, qui mentem non satis expressit, facienda est, qui sibi imputare deberet, quod non apertius locutus fuerit, L. 39. ff. d. paet. W E S E N B. Parat. ff. b. t. B A R B O S. Loc. Com. L. 60. c. 105. ax. i. Imo si haec renuncianti non præjudicent verba, novimus, quod liberis neque J. N. neque Civ., neque ipsis Dispositionibus Saxonicas Feudalibus integrum esse dicatur, ac permisum, patris facto ut contraveniant, quin illud potius præstare teneantur, Torg. Ausschreib. §. dieweil aber dennoch daß ein Sohn ic. Nec hoc aliquid facere putamus, quod hi ipsi ex provisione primi acquirentis prima investitura comprehendantur, & ad successionem vocentur: cum tamen jus sanguinis, per quod succedunt, a parentibus habeant. C A R P Z. L. 6. Rp. 16. it. Dec. 169. ergo non meliore, quam pater renuncians, jure uti, & ad successionem, antehac plene, & expresse renunciatam adspirare queant; cum separari eos non conveniat, qui pari jure gaudent, & quos eadem aequitatis ratio conjungit L. I. §. 10. ff. de duob. reis P H I L. M A T T H. L. 2. Cons. Marp. 26. n. 18.

§. VII. Verum, ut taceam, verba allata, was ihm an-  
gehe/ stylo, formulaque loquendi communi, exceptionem potius, & limitationem parere, & indicare, quibus renuncians vel id innuit, ut non ultra se ipsum, suamque personam, conventionem extendi cupiat, obstat præmissis, I.) quod mens & intentio, ut supra, contrahentis, & verba sint  
Rat. decidit.  
quest. I.

(1)

B 2

inspi-

inspicienda & ponderanda, quæ ubi clara, de intentione non amplius laborandum, nec ad ambiguas conjecturas recur-  
recurrentum est, L. 4. ff. d. Leg. I. CR AVET. cons. 273. n. 7.  
BARBOS. l.c. L. 19. c. II. ax. 30., & si quid, posito, obscuritatis,  
& ambiguitatis spirent, minimum hic sequendum L. 9 &  
39. ff. d. R. C. & ita eorum instruendam interpretationem  
esse novimus, ut alter contrahentium, nedum tertius, quoad  
ejus fieri potest, damno afficiatur, H. PIST. L. 3. qu. 4. n. 6.  
quidquid æquitatis regulis repugnat, & Juri & rationi con-  
sentaneum non haberur, aliquem duplici ejusdem rei one-  
re affici à L. 2. §. 2. ff. d. Leg. Rhod. de jact. M EV. P. 7. Dec.  
u9. quod omnino hoc in passu fieret, cum renuncians non  
solum, sed liberi simul sperata successione excluderentur.

(2) Scimus, strictæ renunciations esse interpretationis, imo  
strictissimæ, DECIAN. Cons. 379. CARD. PARIS. Cons. 12. n. 65.  
SCHRAD. P. VIII. c. 5. n. 30., neque de persona ad personam,  
neque personam renunciantem egredi CARPZ. P. II. c. 35. d. II.  
n. 3. & hinc colligi, omnem renunciationem regulariter esse  
personalem, nisi ex circumstantiis, realem esse eam, adpareat,  
STRYK. c. I. §. 9. & hanc tantum realem nominari, quæ verbis  
expressis hæredum mentionem facit, CARPZ. c. 4. quod præ-  
sertim hoc in casu attendendum, ubi expressa horum neque  
mentio sparsa, neque de matrimonio ineundo, proleque su-  
scienda, cogitatum est. Nonentis vero nullas esse affectio-  
nes, Logicorum turba quotidiana luce clamitat, & renun-  
ciationem ipsam ad non cogitata minime extendi, univer-  
saliter DD. adffirmant v. WESENBECK. cons. 47. MENOCH.  
cons. 335. DALNER. c. I. e. 2. n. 8. III.) Huc non facit, quod li-  
beri patris factum impugnare nequeant, cum res intelligen-  
da sit in terminis habilibus, si nimirum, vel ab ipso patre  
in renunciatione expresse sint vocati, CEPHAL. L. 3. c. 371.  
n. 32. KNIPSCH. d. Fid. Fam. ill. c. 16. n. 13. ANTON. de SAM-

MA.

SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI. 13

M A. Dec. Lusat. D. 51. n. 5. vel si juri renuncietur, quod a solo pendet patre, vel si lucrum ex hæreditate ejus ceperunt, arg. L. 14. C. d. R. V. PHIL. Dec. cons. 184. Hæc omnia hic non solum penitus exulant, verum etiam conficiunt, patrem in sui quidem præjudicium, non vero librorum renunciatione, sed illis potius jus salvum illæsumve conservasse. Insuper IV) norum est, illos factio paterno non contravenire, qui tenorem instrumenti renunciationis, ad limites suos directi, obseruant, Tr. de renunc. Cons. 9. ed. SCHILT. p. 249. Hinc male textus Mand. Torgav. supra allegatur, quippe quod necessariam feudi, ex circumstantiarum gravitate natam, venditionem, & ita a filiis non impugnandam, pro fundamento habet, non æque vero promiscuam aliquam, & pro llibitu in liberorum detrimentum institutam, involuit, quod hoc in nostro omnino attendi debet casu, ubi infelicitate certe a feudo ex necessitate vendito, ad simultaneam investituram, quæ non a patre, sed a primo acquirente in liberos redundat, sponte, nihiloque urgente, renunciata, argumentatio procederet. Quid quod expediti Juris censeant DD., quod, quemadmodum renunciatio vasalli, neque filiis, neque descendantibus ipsius noceat, CRAVETT. Cons. 84. Col. 2. SCHRAD. P. X. S. IX. qu. f. n. 210.: ita multo minus renunciatio nostri Juris præjudicium ipsius illatura sit, præferim cum liberorum juri pater valide hand renunciare in feudis, testante Dn. de WERNHER P. IV. o. 32. sed generaliter potius hæres defuncti factum impugnare queat, quoties non jure hæreditario, sed proprio nititur, L. 75. ff. de Eviçt. L. F. C. eod. EVONRARD L. 116. n. 19. CRAVETT. cons. 200. n. 7. KNIPSCHILD. c. I. c. II. n. 414. BRVNNEM. cons. 3. n. 166. Itaque his ex momentis, neque ex patris facta renunciatione, neque ex verbis adpositis, liberos a successione, vi simul invest. ipsis deferenda, nullo modo arcendos esse putarem.

B 3

§. VIII.

Rat. dabi-  
tandi quæst.  
II.

§. VIII. Quod alteram spectat quæstionem, an scil. renuncians per verba, und sonsten it. jetzt / und zu ewigen Zeiten/ etiam a fratribus feudo, ex pecunia feudalii noviter adquisita, sit excludendus, videtur equidem illum juri quoque futuro, licet non per expressa, æquipollentia tamen verba, renunciasse. Jam vero notum est, quod, si verba multum generalia, & urgentia sint, & adpareat de jure futuro in genere esse cogitatum, renunciatur ei esse præsumatur, JAC. MANDEL. *Cons. II. n. 17.* MASCARD. *d. I. concl. 1264. n. 21.* J. DAVTH. *I.c. n. 128.* Et si hæc exclusionem quoque non operentur, in aprico est, ipsum fratrem, cum in perpetuum successioni renunciaverit, simul omnibus beneficiis, quæ ejusdem intuitu ad ipsum redundant, renunciasse, per consequens feudo, ex pecunia renunciati penitus feudi, comparato, cum surrogatum succedat in locum surrogantis, L. 36. ff. de don. int. vir. & ux. L. 28. ff. de Cond. & dem. L. 28. §. 1. ff. de jurej. KELLENB. *I.c. qu. 2. n. 32.* & feendum, fratribus noviter emtum, non aliter considerari queat, ac si pars aliqua istius renunciati esset: jam vero qui totum absolute refutat, ex communi sententia partem quoque refutasse censemur, & quæ alia &c. Verum brevissimis hæc componeamus. Ut riteamus, universali sere DD. consensu jus futurum esse irrenunciabile, v. *Vit. de CAMBAN. tr. de Claus. t. de renunc. fut. jur. SCHVRF. Cent. 3. c. 87.* PRÜCKM. c. 8. n. 158. DALLNER. *L. c. c. 16.*, & renunciationem ex se, suaque natura ad illa non extendi, SEB. MEDIC. *tr. de Reg. Jur. reg. I. GAIL. L. I. o. 97.* (I. Verba renunciationi adposita de præsenti tantum casu, & non ultra intentionem, & cogitata renunciantis sunt accipienda. Renunciavit enim juri suo in feudo quæsto, rebus quasi sic stantibus, quæ clausula omni renunciationi, omnibusque actibus tacite ineſt, BOER. dec. 147. n. 12. MYNSING. *Cent. 2. obs. 7.* FR. BAR. A SCHENCK *Virid.*

Rat. deci-  
dendi,

(1)

*Virid. concl. jur. cl. 28.* non æque vero iis juribus, ac commo-  
dis, quæ ex nova plane superveniunt causa *L. 9. ff. d. trans-*  
*act. SCHRAD. P. VIII. c. 6. n. 31.* MATTH. de *Afflict.* dec. 350. n.  
4. DECIAN. *V. I. rp. 3.* OLDENDORP. *d. l. ex. 15.* qualis est  
feudi, a fratre, novi, comparatio, atque ipsi hinc collata simul-  
tanea in illo ipso investitura. II. Nec huc aliquid facit, & tra-  
hi potest, quod surrogatum succedit in locum surrogantis;  
versamur enim in materia ubi pactis, & conventionibus ef-  
ficiendum, ut scil. pecunia, ex feudi parte redacta, qualita-  
tem vel feudalem habere, vel alii feudo comparando, im-  
pendi debeat, v. HORN. *Jp. Feud. c. 4. §. 26. ff.* alias enim  
illa feudal non est, CARPZ. *P. 3. c. 30. d. l.* ergo ipsi memorata  
regula, & cetera adplicari nequeunt, & posito, III.) hæc  
omnia nihil operari, notum tamen est, renuncianti ad ea  
regressum concedi, quæ ex facto renunciatarii oriuntur,  
quia renunciatio nunquam ea, quæ ex facto ejus, cui renun-  
ciatur, ortum habent, includit, ROL A VALLE *Conf. 95. n.*  
37. TIB. DECIAN. *V. 3. rp. 19. n. 54.* PH. DEC. *es. 27. n. 4.*  
HYPP. DE MARSIL. *Sing. 96.* MASCARD. *d. l. V. 3. c. 126. 4. n. 34.*  
DALLNER. *l. c. n. 78. c. 18. n. 6.* Hinc fratrem, non obstante  
sua renunciatione, in feudo fratris noviter adquisito, omni  
jure succedere posse, putamus.

§. IX. Omittimus plures hujus renunciationis casus,  
& ad specialem, quæ huic succedit, & qua quis in specie, se-  
rieque expressa, per omnes casus, Juri suo sese exuit, progre-  
dimur. Hac in renunciatione nostri Juris intercedente,  
v.g. Er wolle sich nicht nur hiermit des Rechtes seiner Mit-  
Belehnshälfte und allen daherrührenden commodis, son-  
dern auch desselben in seiner Brüder/ und Vettern/ und  
deren Leibes- Lehn- Erben ob Sie vor/ oder nach ihm ver-  
sterben würden/ gehörige Anttheile/ für sich/ und seine Leb-  
bes Lehn- Erben/ ausdrücklich begeben/ und es auf alle je-  
ßige

an specialis  
renunciatio  
nostris juris,  
annexa ge-  
nerali ali-  
quid opere-  
tur?

## 16 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

zige / und künftige / auch nicht gedachte Unfälle erstrecket  
 haben / nullum est dubium, quin omni spe, ac commodo o-  
 lim in feudo renuncians privatetur. An vero communis DD.  
 opinioni, qua nimurum specialis renunciatio, annexa gene-  
 rali clausula, tantum operetur, quantum specifica omnium  
 iurium allegatio, & nominatio arg. L. 4. §. 4. ff. si quis caut.  
 in jud. DALLNER. l.c. c.2. STRYK. l.c. §. 2. hoc in passu aliquid  
 sit tribuendum, adhuc subdubiro. Pone enim, renunciasse  
 aliquem: nicht nur seiner Mit-Belehnshäf/ sondern über-  
 haupt auch allen Lehnshäf/ Recht- und Gerechtigkeiten/  
 und daher entstehenden commodis in Faveur seiner nechsten  
 und übrigen Betttern/ deinceps evenire, ut vel agnatus re-  
 motior, vel extraneus in feudo noviter adquisito renunci-  
 antem præ ceteris simultaneo investitum expetat, & ipsi re-  
 liquos quasi agnatos substituat, anne ex hac renunciatione  
 erit repellendus? Dices, renunciationem hanc adeo esse ex  
 præstructis validam, ut impugnari nequeat, DECIAN. Cons.  
 39. n. 59. MATH. GVNNO. de Pæt. L. I. c. 24., & tantum præ-  
 judicare, quantum specialissimam CACHER. Dec. II. n. II.  
 MASCARD. l.c. c. 1264. n. 12, imo illam, si de incogitatis in  
 genere cogitari possit, & verba universalia ad sint, tunc  
 ad eadem trahi DEC. ss. 379. n. 9. COLER. l.c. P. I. c. 10. n.  
 437. DALNER. l.c. n. 20. Attrauen cum STRYKIO l.c. re-  
 gerimus, illos casus expressos connexionem habere debe-  
 re cum non expressis, ita ut colligi possit, de his perinde  
 cogitatum fuisse, ut hinc, quo plures speciales casus expri-  
 muntur, eo melius paribus consulatur. Generalis enim  
 clausula aliqua, si adjecta fuerit, ad limites contractus, & ad  
 similes, de quibus probabiliter fuit cogitatum, restringitur,  
 nec ad graviora, & magis ardua, extenditur, WESENB.  
 cons. 42. n. 53. NIC. REUSNER. V. 2. cons. 1. Deinde adseri-  
 mus, tum demum illa generalia verba ad incogitata profer-  
 ri,

Rat. dubi-  
tandi prop.  
cas.

Rat. deci-  
dendi.

ri, quando recti sermonis ratio, & paciscentium intentio id patitur, MENOCH. cons. 335. n. 41. & 491. n. 122. Jam qualem connexionem habent verba renunciationis hujus in feudo juris, cum hoc in alterius, de quo nunquam cogitatum fuit, quæsito? Jam qualem sermonis recti, & intentionis rationem hic elicis? Pacificatur enim de feudo quæstionis, non de alio renunciando, ergo verba, huic renunciationi adposita, non ultra hoc ipsum, & ultra limites positos, valent. LVD. BENDER tr. de Revis. c. 36. n. ult. Renunciavit insuper quidem omnibus ac universis commodis, successionibus, & juribus, iisdem nimirum, quæ ex feudo, refutato, ad ipsum redundare, non æque vero, quæ extrorsum, absque cogitatione, ad illum pervenire possunt. Ergo non a regula pacti discedere agnati, nec ad res alias, quam quibus super patrum est, extendere renunciationem, pro lubitu debent. NATTA Cons. 63. n. 28. CEPHAL. cons. 21. n. 14. Præterea nova hic plane emergit causa, qua vero emergente, supra demonstravimus, neque specialem, neque generalem, renunciationem aliquid operari, nec, per consequens, fratrem hac in parte a fendi, hoc modo ad ipsum delati, successione, excludere posse. DALLNER. l.c. c. 16. Plures casus brevitatis studium, & spatium paginarum iniquum excludunt.

§. X. Altera jam nostræ renunciationis divisio succedit, ea scilicet, quæ verbis vel de præsenti, vel de futuro peragitur. Illam revera ipsam renunciationem, quæ actu debito celebratur, hanc vero promissionem aliquam de renunciando factam, nomines. Priorem satis superque novimus. In posteriori vero dispiciendum erit, an ipse paciscens, Juris inv. simul. renunciationem pro se, v.c. Er verspreche hiermit sich seiner Mit-Belehnshhaft zu begeben; an intuitu tertii ejusdam, sc. er wolle nicht nur sich des Rechtes seiner Mit-Belehnshhaft an dem Guthe re. für sich/ sondern auch

C

II. divisio in  
illam, que  
verbis de  
præsenti, vel  
de futuro sit

auch seinen Brüder begeben/ und versprochen haben binnen 4. Wochen/ dessen Erfährung/ und ratihabition anzuschaffen/ promiserit. Priori casu vel simpliciter, vel repetita vice, interrogatus nimirum iterum, iterumque, vel jura-

mento, sese esse renunciaturum, adseruit. Simplex promissio nulla gaudet virutē, nec pro ipsa renunciatione, casu successionis interim existente, haberi poterit, PAPON.

*an teneatur?* Corp. Jur. Franc. L. 16. t. 4. act. 12. FABER. in Cod. L. 2. t. 3. d.

13. & 25. cum aliud sit pactum de faciendo, aliud ipsum factum STRYK. c. l. §. ii. PINELL. ad L. 2. c. 3. n. 21. C. de isto vend. VVLTEI. Cons. Marp. 24. n. 14. V. 2. DALLNER. c. 17. n. 11. 12. nisi acceptata fuerit, tunc enim promittentem effaciter obligari, tradunt STRYK. c. l. MYNSING. rp. I. n. 56.

*Quid si geminata yice?* DE WERNHER Obs. P. I. o. 182. n. 7. Geminata vero, cum magis enixam, & deliberatam renunciandi voluntatem demonstrat, omnemque non factae acceptationis præsumptionem tollat, ac factam in se quasi renunciationem comprehendit, pluris utique, ac si una sola facta sit, operabitur, nec promittenti regressum, sed efficaciorem, cui illa est promissa, actionem producet, CACHERAN. Dec. 29. n. 16. MASCARD. l.c. n. 48. ROT. A VALL. Cons. 28. n. 42. Licet & hoc in passu, expressam acceptationem accedere debere, non inique sit staruendum. Optime vero rem agi putant, si promittens hanc ipsam renunciandi intentionem juramento corroboret, tunc enim illam ipsam revera pro renunciatione ipsa jactant, BALD. in L. 3. C. de Cod. qu. 18. COVARR. in c. 2. d. Pacl. in 6to n. 3. P. III. KELLENB. l.c. qu. 8. n. 8. CRAVETT. cons. 12. n. 2. Juramento enim vim expressæ, & realis renunciationis arg. c. 9. X. de jurej. L. 1. C. si adv. vend. tribuunt BERLICH. P. II. concl. 21. n. 23. CARPOV. P. II. c. 17. def. 5. n. 7. Putarem vero, juramentum non omnino effi-

*Quid si juramento.* cere

cere renunciationem; effectus enim hic, quem jurijurando tribuunt, non est novus, & peculiaris, qui per illud demum producatur, sed ei jam antea existenti majorem tantum vim, & arctius aliquod vinculum superaddit, v. *III. DN. DE WERNHER Obs. p. IV. o. 15. n. 162. ff. p. 382.* Hinc quidem ex juramento promittens ad renunciationem obligatur, quam si contumax non facit, judex denum pro facta in contumaciam pronunciare, *Joh. SCHILT. in Not. ad Kellenb. qu. 8.* ipsa vero renuncatio ea propter dici, non poterit.

§. II. Hac occasione in quæstionem incidimus, brevissimis expedientam, si quis alteri juris sui in feudo renunciationem simpliciter promiserit, alteri deinceps jurato, prior, an vero posterior missio effectum sorriatur? Si hæc, quam præced. §. adduximus, firmo DD. sententia talo stat, qua nimurum jurata missio pro ipsa reputatur renunciatione, posterior, quæ jam actum secundum absolvit, priori omnino, quæ in primo adhuc subsistit, merito anteponenda videtur. Verum hæc male cohærere, & ultra æquitatem juramenti mihi sapere videntur. Novimus enim, actus, qui ob internum aliquod vitium, quo laborant, obligationem respunt, per jusjurandum non convalescere, quippe alias juramento per se obligatio tribuenda esset, quod naturæ illius repugnat, *DE WERNHER Obs. c. n. 105.* Introducta enim juramenta sunt, ut robur per ea licita inter homines accipient negotia, non vero ut vinculum iniquitatis sint L. 7. ff. d. pact. L. 5. C. d. leg. L. 42. C. de transact. OLDENDORP. c. l. ex. II. GAIL. L. 2. obs. 59. WESENB. cons. 23. n. 18. TREVLT. V. II. disp. 21. tb. 2. V. I. d. 6. tb. 7. DALLNER. l. c. c. 4. n. 13. ZIEGLER. Not. ad Grot. L. II. c. 13. §. 7. Quod præsertim in casu proposito animadvertis, ubi negotium, cui adcessit jusjurandum, non amplius licitum integrumque dici potest, ergo posterior obligatio, quamvis hoc confirma-

Si quis alecri  
simpliciter  
alteri jureca-  
rando renun-  
ciatio simult.  
jur. sit pro-  
missa, quis  
anteponen-  
dus est?

ta, nulla erit. Non enim vim destructivam habet jusjurandum, adeoque nec obligationem ante existentem potest tollere. ROBERT. SANDERS. *de Jur. prom. obl. Prel. 2. §. 11.* Promissor itaque, quod sentit ZIEGLERVS *all. loc. §. 8.* casu priori ad renunciationem, posteriori vero ad intereste præstandum, obligatus erit.

*Quid obtinet, si quis intuitu alterius renunciationem promiserit?* §. XII. Si alterius intuitu promiserit aliquis Jur. simul renunciationem, nisi id rati habuerit, nihil omnino hac ipsa erit actum. Alienum enim jus manet irrenunciabile, quippe privatorum actiones non laedunt jus ceterorum L. 3. pr. ff. *de transact.* L. 27. ff. *de pact.* L. I. C. si resint al. aet. VITAL. DE CAMBAN. *tr. claus. cl. renunc. in pr.* KLOCK. V. I. cons. 6. n. 230. TIRAQV. *in L. si nunquam pr. n. 88.* C. de rev. dom. DALLNER. L. c. t. 14. n. 1. & haec regula adeo procedit, ut alterius juri renunciari nequeat, quamvis idem jus, & causam a renunciante habeat, MYNSING. L. c. n. 10. TIRAQV. L. c. n. 89. Quoties enim renunciantis jus, & alterius separari potest, renuncatio quantum ad renunciantis, non etiam tertii, præjudicium valet. MATTH. CVN. *de Pact.* L. I. c. 16. n. 133. DECIAN. V. 2. rp. 39. OLDEND. L. c. ex. 30. Quæritur vero an promissor ad id, quod, fratrem renunciasse, interest, teneatur? Regulariter alieni facti promissio non tenet, §. 3. J. *de inut. stip.* L. 38. pr. ff. *de V. O.* Verum si quis & curaturum se, & effecturum, ut tertius hoc vel illud faciat, spondit, c. §. 3. omnino teneri videtur. Ast & tunc ulterius non est adstringendus, quam ut omni contentione, & diligentia, tale quid efficere, satagat, & si adhibitum a se ostendat operam, obligationem in se suscepitam expleuisse censendus est, L. 2. §. 1. ff. si quis caut. L. 10. §. 1. & 2. ff. *ad L. Rhod.* DN. DE WERNHER *Obs. P. I. o. 3n.* Cau- telam Strykianam c. L. §. 13. hoc passu urilem fore opinor, ut pœnae loco ejusmodi renunciationi aliquid adjiciatur. Sic enim

*Promissor an  
ad intereste  
teneatur?*

enim sub pœna valebit alieni juris renunciatio non hoc effectu, ut alter jure suo excludatur, sed hoc, ut si alter hoc jure egerit, ipsi ad poenam agendi licentia competit.

§. XIII. Jam tertia renunciationis nostræ occurrit divisione, illa nimirum, quæ in voluntariam fit, & necessariam. Illa libera renunciantis voluntate, & consensu absolvitur, quod pluribus infra. Hæc vero quodammodo coacte, vel ex legis necessitate, vel pacti præcedentis, vel statuti, vel consuetudinis iussum proficiscitur. Insignia prioris exempla sunt illa, quæ, urgente nonnunquam casu, Mandatum Elect. Torgaviense de anno 1533. in fine §. Welcher gestallt hic agnaten scilicet præbet, cuius vero ipsa recensuisse verba, paginae iniquitas vix ferre potest. Vtraque de minorenni, vel remotiori in investitura, vel cum ceteris agnatis simul investito, agunt, qui cum beneficio restitutionis in integrum, ex facto curatorum juverunt, hoc Mandato sancitur, ut nimirum, si ob urgentem necessitatem vallass, in cuius feudo simultanea gaudet minor investitura, feudum alienet, ceterique, vel ad minimum duo proximiores, vel quatuor remotiores, consentiant agnati, & re perspecta, minorennis nostri agnati, vel alii consanguinei, quoque cum curatore, id ratihabent, si hoc casu simultaneum jus suum perdat, neque maiorennis factus illud revocare, & feudum retrahere possit. Idem Ordin. Proc. Sax. Recogn. t. 40 §. 3.v. da hingegen scilicet in casu, si feudum fuerit sub hasta venditum, confirmat. Eandem juris simultanea necessariam renunciationem pactum vallass cum simultanea investiture de libere scilicet alienando feudo, initum, operatur. Hoc si fit necessario omnibus beneficio, quo simultaneæ intuitu investituræ gaudent, abstinerre coguntur. Hæc ex Const. 45. P II. luculentius colliges: Wann denn jemand sein Lehn-Guth daran ein anderer die gesamte Hand hat scilicet es hätte denn der so sie hat/

III. divisio in  
voluntari-  
am, & neces-  
sariam  
quomodo  
necessaria  
fit?  
Exempla hu-  
ius ren. que  
lege cogente  
fit?

Exempla,  
que pacto  
præcedente  
fieri solet,

in solche Veränderung Krafft/ eines vorhergehenden Pactis,  
Verschreibung/revers, und sonst hernach gewilliget se. Par-  
rem imponunt renunciandi necessitatem pacta sic dicta  
gentilitia, quæ hodie plerisque in familiis illi sribus depre-  
hendimus, quorum virtute, filii a patre, vel reliquis agna-  
tis dotatae Juri, quod in feudo avito, vel paterno habent, re-  
nunciare coguntur. BREVLÆVS de renunc. recept. mor. mo-  
doque Caus. 4. §. 5. BETSIUS de stat. pact. & consuet. fam. ill.  
& nob. c. 4. §. 21. ff. Idem operatur ex supra deductis pro-  
missio renunciationis juramento corroborata; hoc enim  
adjectum pactum, ejusdemque vinculum, & obligationem  
quasi dupplicat, & efficit, ut promissor ad promissam renun-  
ciationem cogi, ac compelli queat. LVD. SCHRAD. P. 10. S.  
19. n. 76. Tandem statutum, vel consuetudo juri in feudo  
quæsito renunciare jubent, & id quidem rursus a filiabus,  
& feminis maxime, quod universæ Germaniæ receptum  
dicunt BETS. c. 4. c. 5. & 8. §. 24. LYMNÆ. J. P. L. 6. c. 3.  
CASPI. a LERCH. de ord. egn. fund. 2. sum. 59. KELLENB.  
qu. 10. n. f. & 42. n. 66. JACOB. OMPHAL. Civ. Pol. L. I. c. II.  
n. 27. GREG. ROLBACH. illustr. masc. fam. certam. in prelud.  
n. 49. VULTEJ. Cons. MARPVRG. Cons. 29. n. 66. SCHILT.  
de ren. T. II. p. 388., jam vero fusius rimari nostri non est  
instituti, ipsa enim hac in parte statuta, & consuetudines  
noſſe juvabit.

IV. diviſio  
in puram ab-  
ſolutam, &  
in condicio-  
nalem, tem-  
poralem, &  
reſtrictivam  
Quid ura-  
que audiat?

§. XIV. Has memoratas tenus hac divisiones excipit  
illa absoluta, pura, & perpetua, & quæ conditionalis, tem-  
poralis, & restrictiva, appellatur. Coincidunt fere invicem,  
& ne nimia prolixitate reliquis capitibus præjudicium infe-  
ramus, has jam conjungimus. Prior itaque simplicem,  
perpetuumque renunciandi animum proponit, ac omni-  
modam Juris sui abdicationem verbis expressis, puris, iis-  
que haud captiosis, factam involvit. Posterior vero in con-  
ditione,

ditione, restrictione, & reservatione, vel certi temporis, vel certæ personæ, cuius in favorem fit renunciatio, sese fundat, & hinc, quod facile colliges, tacitam semper conditionem, si hoc vel illud sit, & ita existit, sub se continere videtur. Harum renunciationum vel ex his exempla vides: Exempla posterioris cas I. renunc. conditionalis  
Conditionalis sc. Solte er auch binnen 3. Jahren von seinen Reisen nicht zurückkommen/ und ein Unfall indessen geschehen/ so will er sich förmlich so dann seines an dem Lehn-Guthe N. erhaltenen Rechtes der Mit-Belehnshhaft begeben haben; temporalis vero: Er begebe sich seines Rechtes der Mit-Belehnshhaft in faveur seines Bruders/ jedoch mit diesem Vorbehalt/ daß er renunciant, wo binnen 10. Jahren von seinem Bruder keine Lehns-Erben erfolgen solten/ an diese Verzicht/ wie auch seine Erben nicht gebunden/ und ferner gehalten sein sollen/ reservativæ tandem & restrictivæ Er begebe sich bis auf den letzten seiner Brüder/ da derselbige ohne männlichen Lehns-Erben abgehen solte seines Rechtes der Mit-Belehnshhaft ic. it. bis auf ledigen Unfall ic. Primo, ac secundo casu, existente conditione, vel temporali reservatione, nihil hic resolutionem renunciationis remorari vides: Cessante enim causa, cessat effectus, s. sub conditione J. d. V. O. L. 8. & 36. ff. si cert. per R A V C H E. qu. 38. n. 6. Sin vero utraque deficiunt, tunc renuncians, & ejus descendentes tamdiu exclusi censemur, quamdiu renunciatari, & eorum masculi subsistunt.

§. XV. Tertius vero casus, si impugnetur, incerti quid, cas. IIII pro, & contradictorii spirat. Videtur enim renuncians restrictionem ad solum ultimum fratrem direxisse, & hoc absque prole feudali mortuo, jus suum reviviscere debere voluisse. Principaliter enim in conditionibus verba sunt consideranda, & prout verbis conceptæ sunt, implendæ L. 44. & 53. ff.

rat. decid.

53. ff. de Cond. Constituant quippe formam RVIN. cons. 55.  
n. 6. V. I. qua non servata, actus corruit, DEC. Cons. 542. n. 7.  
CARD. PARIS. V. 2. cons. 22. n. 8. Ast aperte hoc ipsum intentioni ac renunciantis menti refragatur, quæ tamen potissimum in conditionibus obtinet, L. 19. p. 2. ff. de cond. & sensum magis, quam verba amplecti vult, L. 104. ff. de Leg. I. Hanc si inspicias accurrate, nihil aliud a renunciante actum fuisse credimus, quam quod, si nullus extiterit amplius masculus, & ultimus quoque frater absque masculis deceperit, dum demum sibi successionis jus integrum esse velit. Hinc inde nihil commodi capiet, si ultimus prius deceperit frater, & reliquorum masculi adhuc extent, cui enim in favorem unius fratrum renunciavit, id reliquis itidem prodest, MENOCH cons. 197. n. 79.  
BOER. dec. 184. n. 3. e contra nullum quoque inde sentiet præjudicium, si quidem frater ultimus liberos suscepit, hi vero ante obitum illius deceperint, cum expeditum sit, eum cum liberis, quos vivus amisit, fato fungi, non esse intelligendum L. ex fact. ff. ad S. Trebell. pluribus hunc casum eruit, ac discutit KELLENBENZ. qu. 18. de. tr. ANDR. FROMMAN. in. Diff. de exist. cond. pact. ren. her. reserv. §. 28. n. 7.

Quid altera formula reservativa operetur?

§. XVI. Eandem fere sortitur altera nostra formula virtutem. Complebitur enim æque masculos defunctorum fratrum, quamdiu suspensunt, cum hi ipsi jus defunctorum continuare dicantur. Hinc GRASSIVS in Tr. sententiarum qu. 15. n. 2. f. recte sentit, esse ejusmodi reservationis eundem effectum, ac ejus, si sine masculis frater vita fungatur: Egregie hunc quoque casum explicuit KELLENBENZ. qu. 19.

an form. bis e.l. Huic interim formulæ aliquid esse dandum, si renuntia einen ledigen Anfall, einen ledigen Anfall/ sibi reservaverit, aliquid dan- vel ex his autumarem, quod posito vocabulo, einer/ non dum? omni-

omnijmodam per omnes masculos, qualem in præcedenti, sed restrictivam aliquam sui exclusionem intenderit. Quod si enim ex vero similibus conjecturis, qualitate proferentis, & materia subjecti mens & voluntas hominis potissimum cognoscatur, L. II. ff. de cond. L. II. ff. de test. §. f. L. 46. ff. de Cond. & dem. C. 9. §. ex prom. X. de prob. BVR. V. I. c. 5. n. 5. GRÆV. Cons. 308. n. 7. ANCHOR. Cons. 297. n. 9., id hoc potissimum in casu erit observandum, cum semper, esse strictissimæ interpretationis renunciationes, accedat. Itaque si alteruter fratribus & agnatorum sine masculis obiit, renunciantem admitti posse, & debere, nulli dubitamus. Vttraque vero formula, uni tantum fratrum in renunciatione adjecta, reliquis vix proderit; Cum negorium renunciationem, non personas, egredi, & limitatam causam limitatum æque effectum producere, noverimus. CRAVETT. Cons. 62. §. 170. n. 8. FROMMAN. d. diff. §. 50.

§. XVII. Jam illa Juris nostri renunciati sese sistit divisione, qua vel sine, vel cum juramento peragitur renunciatione. Priorem hactenus satis perpendimus. Posteriorem vero C. 2. de Pact. in 6to confirmamus. Quid haec involvat, facile colligis; Cum enim religiosa quadam assèveratione fiat, qua DEVS, ceu vindex, judex, & testis ad firmandam nostram fidem interponitur, BOCER. Clas. 5. diff. 8. tb. 2. OBRECHT. tract. de jur. cal. c. I. n. 7. MINDAN. Part. dial. L. 2. c. 6. firmiores omnino obligationem inducit. Huic iuratae renunciationi, secundum Germaniæ receptum morem illam sub fidei promissione, ben. Fürstl./Gräf./Adel. Ehren/ Trauen/ und Glauben/ inter illustres potissimum personas æquiparari, & quasi juramentum vocari, adeo, ut interpositio fidei talium personarum tantum, quantum alias juramentum corporale operetur, testes sunt, MYNSING. Cent. I. qu. 53. COLER. I. c. P. I. c. 10. n. 247. KIRCHOV. Comm. opin. Cent. 4. concl. 43. KELLENBENZ. I. c. qu. 3., qui ex instituto

V. divisione, in  
juramat &  
non juratam.

Quid formu-  
læ ben. Adel.  
Ehren:

stituto hoc ipsum pertractat. Dissentiant quidem REVSN. L. 4. Dec. 12. n. 30. SETSER. L. 1. de Juram. c. 16. n. 3. GRÆV. L. 2. concl. 59. n. 18. H. PISTOR. L. 14. qu. 6. n. 2. adserentes, deficere in ejusmodi renunciatione formam juramenti essentialem. Verum nihil prohibet, quo minus ejusmodi promissionibus, renunciationi adjectis, effectus Civilis juramenti tribuatur. BACCHOV. ad Treutl. V. I. diff. 21. tb. 1. CARPZ. P. II. c. 16. d. 5. BERLICH. P. II. c. 21. n. 36. WEHNER. Obs. Pract. L. 6. f. 55. v. Angeloben / quod in causa Baden / contra Baden post graveni disputationem in Camera imperiali pronunciatum esse meminit LAVT. Colleg. Præt. Ib. I. n. 26. p. 799. Eandem virtutem nonnullis in locis, consuetudine ita jubente, verba: an Eydes- statt/ bey seiner See- len/ bey dem Wort der ewigen Wahheit/ bey GOTT/ und seiner Seelen Seeligkeit sortiri, adserunt, RAVCHB. P. II. qu. 2. ZANGER. de Except. P. 3. c. II. n. 192. MEV. L. 1. dec. 46. SCHILT. Exerc. ad ff. Ex. 23. §. 24. LAVT. tr. syn. de jur. § 1. n. 22. Verbis vero, bey Cavalier- Parole/ so wahr ich ehrlich bin/ omnem efficaciam, sed minus recte, denelegant, STRYK. l. c. S. 2. c. 6. §. 11. MENCK. Tr. syn. ff. de jur. Quanquam in Saxonia pro simplici tantum promissione hæc omnia æstimari adserunt CARPZOV. l. c. LAVT. l. c. Melius itaque consultetur partibus, si renunciationi confusa formula apponatur, hæc enim juramenti, simpliciti licet, veri tamen, effectu gaudet. v. CARPZOV. P. II. c. 15. d. 5. it. DN. DE WERNHER. P. IV. obs. 151. p. 376.

VI. divisione in  
expressam, &  
tacitam

§. XVIII. Harum tandem nostræ renunciationis divisionum agmen claudit illa, quæ expressa, & tacita nominantur. Expressa verbis claris, & ad renunciationem inducendum aptis sit, PRÜCKM. c. 8. n. 115. DALLNER. l. c. o. 3. 2. Exempla ejusdem hactenus vidimus. Tacita vero per actus, qui illam necessario significant, & inferunt, absolvitur. MEINOCHE. Cons. 78. n. 5. ENENCKEL. de priv. L. 3. c. 15. n. 3. Disputant

sputant autem inter se DD. adhuc, an talis modi tacita renunciatio, Germ. eine stillschweigende Begebung seines Mechtess/ jure dari dicatur. Obstare putant, L. 8. §. 1. ff. de Proc. L. 5. ff. de S. P. V. L. 45. §. pen. ff. de R. N. L. 48. §. 3. ff. de furt. MENOCH. L. 2. Pref. 74. L. 3. Pref. 42. n. 24. MASCARD. Concl. 1218. n. 30. 31. WISSEN. ad L. 142. ff. de R. J. CARPZ. L. 6. t. 10. Rp. 101. aliique, quos copiose collegerunt, CARD. TUSCH. T. 8. concl. 3. l. t. ARN. DE REGGER. Thes. verb. Tacere. n. 44. Renunciatio enim est quedam donatio, L. 28. §. 2. ff. de pact., ac alienatio, L. 34. ff. de A. O. ergo cum præjudicialis maxime sit, & nostro nos jure privet, L. I. §. qui semel ff. d. Succ. Edict. L. 60. ff. de Eviſt. illam non dari in jure videtur L. 25. ff. d. Prob. L. 24. §. 1. ff. de pignor. act. TIRAQY. in L. si unquam pref. n. 128. s. C. de rev. don. Tr. de Jure primog. qu. 25. n. 2. Verum omnes hæ objectio resp. ad ob- nes tantæ non sunt, ut quotidianæ experientiæ & existentiæ jectio- ne hujusmodi creberrimæ renunciationis remoram injiciant, hinc solide eos confutavit P. PECKING. Com. ad R. J. in 6to. reg. 43. 44. D. REICHELM. Diff. 1693. Lips. hab. de Juris tacita renunciatione §. 4. ff. Quid enim tacitam hanc Juris ex simult. invest. quæsiti renunciationem convellat? si vel actus concurrent positivi, sufficientibus subnixi conjecturis, consensus permittivus, facta omissionis, & commissione, patientia, contumacia, taciturnitas temporis, & id genus alia. Nostræ frequentissima saltem enarrabimus exempla, ex Exempla no- quibus deinceps cetera, quæ largo quotidie obveniunt ca- stri casus catalogo, facili opera dignoscere, ac dijudicare poteris. Vel (1.) enim quis renunciationem simpliciter promisit, & tunc, cum ad ipsam devolvitur successio, tacer, nec jure suo utitur, sed agnatum, cui renunciare promisit, quiete, & sine contradictione feudum occupare finit. Hæc ipsa promis- sio, & taciturnitas cum actu aliquo, juris antea in feudo quæsiti sat luculentam inferunt remissionem, MYNSING.

refp. 50. n. 9. MASCARD. *L.c. V. 3. c. 1262. n. 34.* Cum nihil utique interfit, utrum quis actum plane non gesserit, an per eundem juri suo quæsito renunciaverit, *L. 3. f. L. 4. ff. de bon. poss. BARBOS. L. c. L. 16. c. 40. ax. 25.* Vel per longum tempus, sciens, successionem sibi in feudo, vi similt. investituræ esse delatam, tacet, quod jure nostro feud. com. ad 30. annos extenditur *Il. F. 26. & 87. v. T. I. Leg. GRINWALDI de XXX. ann. usuc.* ASTVLPH. *T. IX. de prescr.*, quo & jus Saxonicum trahit SCHRAD. *L. V. S. 4. n. 18. art. 29. L. I. LR.* Saltem ad allodialia, non æque vero feudalia adstringens, cui arg. *Const. 50. P. II.* meliore fundamento contradicunt CARPOZ. *P. II. C. 4. d. 16. L. I. Rp. 84. n. 23.* HORN. *c. 11. §. 4.* Hinc illam taciturnitatem, involvere juris sui refutationem, per præscriptionem scilicet, vides; & hæc lapsu temporum inducta renunciatio plus virium habet, quam expressa, P. PECKING. *de Jur. sif. c. 37. n. 1.* DALLNER *c. 1. c. 3. n. 18. § 58.*

(2.) (3.) Vel relicta sibi opinione ab agnato, an bona allodialia, an vero feudum occupare, & hoc ceteris remittere malit: Si illa eligit, hoc refutasse censemur, arg. *L. 12. §. 1. ff. de inoff. test. Nic. EVERARD. Cons. 12. n. 36.* CRAVETT. *Cons. 108. n. 6. § 626. n. 17.* Vel sibi, divisione facta, jus similt. invest. in feudo, vi *Const. 45.* P. II. non reservat, tunc excidit illo tacita quasi voluntate, quia per divisionem, jus in feudo, eadem Constitutione fractum dicitur *HORN. c. 15. §. 18.* Reliquos casus ex factis declarativis hujus, vel illius jus suum ita remittentis, colliges.

an quis re-nunciacionis impec-trandæ renovationis præterlabi passus est, & hac ex- ratione jure suo a domino privatur, deinceps autem post longum temporis tractum restitutionem imperat, a cete- ri queat, qui ris agnatis, exceptione hujus renunciationis a successione post longum tempus ne- arceri queat. Negatur. Hæc enim quæ gesta sunt, non hos glestæ reno- ipsos, sed dominum, ejusdemque vasallum, spectant, ut pote cum

## SIMULTANEA INVESTITURA QVÆSITI. 29

cum quibus nihil prorsus hic intercedit negotii. Si ergo dominus negligentiam vasallo condonare, eique suum restituere jus velit, liberum hoc ipsi omnino, integrumque erit, cum feudum non ad agnatos, sed ad ipsum perveniat. II. F. 24. §. fin. 37. 55. 40. VVLTEJ. I. de feud. c. u. n. 147. c. 15. §. 14. minime vero jus hunc, quem ipse non excludit, excludere. Et id idem tacite quoque potest facere dominus, si nimis va- fallum, culpa sua successionem regulariter perditam sine con- tradictione occupari finit. v. JOH. SCHONER. Disp. feud. L. I. d. 10. tb. 142. ROSENTH. Sym. J. F. c. 10. n. 89. V VL TEJ. L. I. c. II. n. 61. SCHRAD. P. II. P. 9. T. 14. n. 23. Poterant itaque vel exceptione, vel explicatione, quod res sit inter alios acta, & jus tertii non concernat, item deficientis præsumptionis, & probationis a limite judicij repellit. Renun- ciationes enim jurium non præsumuntur, sed liquido exfa-ctis sunt probandæ. v. DN. DE WERNH. P. IX. obs. 18.

## SECT. III.

DE

### PERSONIS RENVNCIANTIBVS, ET IN QVORVM FAVOREM, VEL PRÆJVDCI. VM JVR. SIM. RENVNCIATVR?

#### §. I.

**H**is jam expeditis, ad personas, qui Juri suo simultaneo vel ipsi, vel eorum loco alii renunciant, & re-  
nunciare possunt, nec non ad disqualificationem, quibus ista proposit renunciatis, aut, ob sit, progredimur. In gene-  
re quidem dicitur, quemlibet suo juri renunciare posse, ult. C. de paſt. L. 41. ff. de min. 25. an. arg. L. 69. f. d. R. J. DALLNER. c. I. c. 6. Verum in terminis habilibus haec sunt accipien-  
da, si nimis renunciandi facultatem habeat. Hinc gene-

vationis re-  
stitutionem  
imperavit?

no of his  
in 3 min  
de tradition  
Nicasius

Quales per-  
sonæ renun-  
ciare suo juri  
sum. p. 250?

D 3 valiter

raliter observatur; illum, cui donandi, vel alienandi non competit potestas, renunciandi quoque facultate esse excludum, STRYK, c. 1. §. ratio in promptu hæc est. Quia renunciatione species audit donationis, CARPZ. P. II. c. 46. d. 12. n. 8. BORELL. cons. 4. n. 24. WESENB. cons. 42. n. 55. hæc vero presupponit aliquam alienationem, DALLNER. c. 1. c. 5. §. 15. quæ omnem actum, per quem dominium transfertur, continet, L. I. f. C. de fund. dot. BORCHOLD. Com. in Cons. Feud. c. 3. n. 34. ROSENTH. J. F. c. 9. concl. 7. VVLTEJ. L. I. de Feud. c. 10. n. 44. Dum enim unus remittit, alter adquirit, arg. L. 65. ff. pro soc. §. 8. L. 27. §. 2. ff. d. pact. L. 98. §. 1. ff. de Sol. GIPHAN. tr. de renunc. c. 1. Ergo facile colligimus, quemadmodum ab omni juri, ita quoque ab hac nostris propositis Juris renunciatione, arcendos esse impuberes, a. L. 47. ff. de O. & A. JOH. DAVTH. l. c. n. 122, minoribus regulariter, nisi exhibita curatorum autoritate, ceterisque infra memorandis solennitatibus, si tamen vel juramento arg. C. 2. de pact. in 6. & Auth. Sacra menta C. si adv. vend. COVARVV. ad c. 2. alleg. P. 3. §. 1. n. 3. STRYK. c. 1., vel puberes facti, id fecerunt, uti obligari, arg. L. 42. ff. de R. & O. ita etiam renunciare possunt; hoc enim involuit obligationem, ALEX. L. 6. cons. 196. n. 9. Dissentit BARTOLVS in L. si ant. nupt. in f. ff. de sol. matr. non sine fundamento, & ideo, quod ne judicis quidem decreto vel consensu, & autoritate curatoris ea fieri possit, extendit. Colligendas tamen hujus renunciationis circumstantias, & sententiam non promiscue amplectendam esse, putarem. Nullo autem horum observato, si major factus per quadriennium tacet, renunciationem ratam habere videatur, DECIAN.

Quid in fœ. Vol. I. Rp. 6. n. 81. DALLNER c. 5. n. 10. Idem de fœminis minoribus adserit BALDV in L. I. C. si adv. don. MENOCH. cons. 731. n. 12. Quod si tamen, uti apud masculos, juramentum accedat, sartam rectamque renunciationem perhibent, GAIL. L. 2. obs. 41. n. 7. CARPZ. P. II. c. 35. d. 1. §. 9. §. II.

SIMULTANEA INVESTITURA QVÆSITI. 31

§. II. In fœminis majoribus quoque vel illud ipsum <sup>Quid in ma-</sup>  
 STRYK. L. c. c. 2. §. 30. dissentientibus licet MULLERO in Pr.  
 for. MARCH. Resol. 125 n. 8. BERLICHIO P. II. concl. 17. n. 105.  
 ipsoque CARPOVIO L. 5. Rp. 10. n. 2., vel consensum cura-  
 toris non legitimi, & conjugalis solum, si maritata fuerit,  
 sed judicialis eti. m. JOH. WIBEL. de contr. mut. c. 3. §. 6., vel  
 præsentiam agnatorum, & consanguineorum, quicem cu-  
 ratoris supplent, exposunt, CARPZ. P. II. c. 15. d. 18. Pari  
 ratione furiosos, & mente captos, si tales vel a vasallo, con-  
 sensu domini in simultaneam investituram recepti, RO-  
 SENTH. Concl. 8. cap. 3. VULTEJ. c. 4. n. 11. vel jam investiti,  
 tales sint facti, nisi auroritate curatoris adhibita, L. II. ff. d. O.  
 & A. L. 5. & 40. de R. J. nec non prodigos, jure sic dictos,  
 arg. L. 40. cit. JOH. NICOL. tr. de her. not. 48. n. 1. itidem  
 ebrios, quia nulla in illis estratio, nullum vitæ gerendæ con-  
 silium, GAIL. 2. obs. 110. n. 24. ignorantes, JOH. DAVTH. L. c.  
 n. ult. SYLVEST. de renunc. n. 6. errantes, L. 15. ff. de Jur.  
 om. jud. L. 16. ff. de R. J. CRAVETT. Cons. 878. BOGER. Diff.  
 Claff. 1. d. 3. ib. 4. licet juramentum accedat, DAVTH. d. l. n.  
 ult., dolo deceptos, WESENB. Cons. 23. n. 4. DEC. ad L. 79.  
 n. 4. ff. de R. J. vi, metuque coactos, L. 116. ff. de R. J. ROL. A.  
 VALL. V. 1. cons. 95. n. 31. FORT. GARC. Tr. de ult. fin. utr.  
 jur. n. 406., aliosque plures excludunt, quos vide sis apud  
 DALLNERVM libr. cit. c. 1. & 5.

§. III. Personæ, per quas Juri nostro simultaneo re-  
 nunciatur, sunt, vel procurator, loco, & nomine renunci-  
 antis, vel pater pro liberis, vel tutor, & curator pro pupil-  
 lis, & minoribus suis, vel maritus pro uxore, aliquique. Pro-  
 curator si speciali instructus est mandato, hancce libere, &  
 licite suscipere potest renunciationem, à L. 25. §. 5. ff. d. A.  
 & O. BART. in L. Pomponius n. 1. ff. de N. S. DALLNER. c. 17.  
 n. 8. citra hoc repellitur, MENOCH. Cons. 406. n. 66. JOH.  
 A GRASS. tr. de subst. Pr. v. concludendum n. 4. Patrem re-  
 gulariter

An pater Ju- gulariter juri in feudo una cum liberis quæsito, à L. 73. ff.  
 ri liberorum de evit. L. f. C. eod., multo minus juri liberis solum ex-  
 eadē inven- tura, aut alia quæsito?  
 Liberi enim priori casu jus in feudo succedendi non a  
 renunciante capiunt, sed a primo adquirente, & conceden-  
 te, nec a patre causam habent, BRVNNEM. Cons. 3. n. 166.  
 CARPZ. L. 6. Rp. 116. n. 11., ergo renunciando præjudicium  
 ipsius de jure, & æquirate interre nequit. Posteriori vero, ut  
 legitimus bonorum ad liberos spectantium administrator  
 consideratur, cuius intuitu, licet in renunciatione hac ad  
 illas, quæ in alienatione bonorum pupilli, vel minoris, in  
 jure proditæ sunt, & commendatæ solennitates, haud sit  
 adstrictus, aliter tamen, quam ex justa causa, ut alienatio-  
 nem, ita, quæ alienationis audit species, renunciationem va-  
 lide suscipere nequit. Deduxit hoc singulari præjudicio  
 DN. DE WERNH. P. IV. obs. 32.

An tutor & curator re-  
 nunciare pos-  
 sint Juri sim-  
 minorum?  
 §. IV. De tuteore, & curatore novimus, quod eodem  
 modo in rebus pupilli versari debeant, prout bonus pater  
 familias in suis, & propriis solet. Regulariter vero hic non  
 facile bona sua alienat, aut juri suo, hoc, vel illo modo,  
 quæsito, renunciat, ergo nec hi hoc facere debent. LVDOV.  
 dr. Pand. T. 9. f. 27. Conditionem enim pupilli meliorem  
 quidem, non æque vero deteriorem reddere possunt, nisi illas,  
 quas Sect. sequ. pro forma nominabimus, adhibeant solenni-  
 tates. Idem dicendum de marito, qui licet Jure Sax. legiti-  
 mus uxoris curator, bonorum administrator, & usufru-  
 ctuarius sit, L. R. I. art. 31., juri tamen uxori sua in feudo  
 per investituram quæsito quemadmodum hæreditati ipsi  
 deferendæ, aliisque commodis renunciare nequit. AMBR.  
 SCHÜRR. tr. de bar. que ab int. def. T. 8. lim. 1. CARPZ. P. II.

An maritus  
 Juri simili-  
 tate, uxoris quæ-  
 sito?  
 Quid si pro-  
 miserit re-  
 nunciatio-  
 nem?  
 c. 15. d. 38. P. III. C. 23. f. 3. Quid si in pactis dotalibus pro-  
 miserit teneri uxorem negatur. Nemo enim ex alterius  
 contractu obligatur, L. 38. ff. de V. O. Vit. de CAMBAN.

tr.

## SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI.

*tr. CLAVSAL. cl. renunc. pr. KELLENB. c. l. qu. ii.* Cetera re-petas velim ex iis, quæ Sect. II. §. 9. diximus. Reliqui, qui pro altero, nesciente, vel ignorantе, vel contradicente, huic ju-ri renunciant, pari negotio arcentur, & repelluntur, v. DALL-

*NER. c. l. c. 14.*

§. V. Jus nostrum renunciatum regulariter nulli in ge-nere prodest, nisi iis, quorum intuitu illud ipsum fuit remis-sum. *BERL. P. 3. concl. 12. n. 25.* MERCVR. MERL. de Leg. L. 1. t. 10. qu. 3. Ergo hoc loco non est sermo nobis, de mera ali-qua, quæ omnibus, sed qualificata, & contemplativa renuncia-tione, quæ conventionem presupponit. Fluit enim hoc ex in-dole, ac natura pactorum, quæ tertio nec obsunt, nec profundt, arg. L. 1. & 3. ff. de trans. FR. BECC. Conf. 74. n. 42. GIPHAN. l. c. Conf. 6. p. 170. BETS. tr. cit. p. 529. Hinc uni & alteri fra-trum facta renunciatio, ceteris haud erit commodo, DONAD. de renunc. c. 3. n. 1. GVTIEREZ ad c. 2. de paßt. in 610, quia illa in unius favorem facta, non extenditur ad alios, PETR. FR. DE TONDVT. P. 3. Ref. Benef. c. 122. n. 24. LEVCHT. add. ad Dalln. c. 4. n. 28. p. 23. Dissentient MENOCHIVS Conf. 197. n. 79. BOERIVS Dec. 184. n. 3., alt sine fundamento. Quid si nulla hæ-redum in renunciatione jacta & sparsa fuerit mentio, an his, ex persona patris, renunciatio proderit? Omnino putarem. Quia paciscendo non nobis saltem prospicimus, sed & hæredibus no-stris, L. 9. ff. de prob. accedit, quod si renuncians illos volu-set exclusos, id clarius exprimere potuisset, & debuisse, per L. 59. ff. de paßt. L. 135. de R. J. V. KELLENB. qu. 39. n. 7. SCHVRE. Conf. 96. n. 13. Cant. 1. Quod etiam de jurata renun-ciatione, respectu recipientis tradunt, WESEN B. Conf. 11. n. 2. GAIL. L. 1. obs. 27. AMER. SCHVRER. d. tr. 1. 8. ampl. 1. J. DAVTH. n. 94. DALLNER. c. 1. n. 97. c. 14. n. 8. c. 4. n. 10.

§. VI. Quid si renuncians hæredum fecerit mentionem, in faveur seines Bruders/ und dessen Leibes Lehns Erben/ an nepotibus quoque horumque descendenteribus in infinitum proderit. Putarem æque. Novimus enim ex stylo investitu-rarum, hanc omnes in infinitum tam vasalli, quam simuli-vestiti descendentes complecti formulam, v. HORN. c. 15. Jurispr. feudi. §. 18. & 24. Videtur equidem Articulus 6. & 11. Jur. Sax. Feud. contrarii quid statuere; Verum, ut taceamus, aliam, &

E

præ-

An liberis,  
nulla horum  
mentione fa-  
cta, proderit?

An nepoti-  
bus proderit  
renunciatio  
in favorem  
filiorum con-  
cepta?

presenti casui convenientiorem sententiam ex Artic. 32. elicere posse, usi & consuetudine, omnium rerum tyranno, eo vocabulum, **SQVN** extensum esse scimus, ut hodie illud in foro Saxonico ejusdem quoque natos, id est nepotes, aliasque in recta linea descendentes sub se contineat. H. PISTER. L. 2. qu. 19. CARPZOV. P. III. c. 29. d. 15. SCHVLTZ. Inf. J. F. L. 3. c. 8. n. 33. Qua enim de causa haec in renunciatione formula, eandem sortiri nequeat virtutem, vix rationem decidendi video. Interpretatio quippe ex mente renunciantis defumitur, qui, cum stylo feudal confecto formula hac sit usus, si quoque secundum illam judicandum, & pro illa pronunciandum voluit. v. plura apud JOH. STVCK. P. I. cons. 12. n. 44. BARBOS. l.c. ax. 2. FROMAN. diff. cir. §. 47. JOH. SCHILT. de ren. P. II. p. 335. In reliquis autem casibus prout circumstantiarum momenta, & ipse renunciationis tenor suadent, erit procedendum. In genere enim renunciationi id ineft, quod renuncians jus suum, quatenus de tertio agitur, salvum integrumque servare ac retinere velit. Demonstravit hoc in causa Güntherod. an. 1718. DN. DE WERNHER P. IV obs. 30. Generalem vero renunciationem, in favore der **Familie** oder derer **Agnaten**, his omnino, & horum descendantibus prodest, facili negotio colliges. v. H. PIST. L. 4. qu. 6. n. 53. ff.

§. VII. Quemadmodum illi, cui Jur. simul renunciatio fit, ea regulariter solum prodest: ita ci, qui renunciat, illa principaliiter, & directo obest, & nocet. Id enim ex inde, ac fine renunciationis adparet, quo renuncians, qui jus suum antequam situm quasi negligit, & in alterum transiert, illud ipsum perdit. DALLNER. c. 18. n. 12. quod omnino prejudicium aliquod, & incommodum dici meretur. Quæritur vero, an liberis quoque & descendantibus illud accidat? Distinguendum esse putamus, an pater pro se, & liberis suis masculis, **Leibes-Lohn-Erben** / an simpliiter, horum intuitu, juri simultaneo renunciet. Quod prius spectat, omnino id ex communiore sententia videtur, licet CRAVETT. Cons. 200. n. 7. EVERHARD. in loc. de tanquam, seu res pert. 116. n. 29. ROSENTH. syn. f. c. 9. concl. 67. ff. BRUNNEM. Cons. 3. n. 106. dissentiant, agentes quidem de majoratu, & fideicomissio tantum, ab his vero ad feuda, atque ejusdem per invest. simul. quæstam successionem valide argumentari posse, tradunt, ANT. DESAMMA Dec. Lust. Dec. 51. n. 1. CEPHAL. L. 2.

cons.

Renunciatio  
his solum ob-  
est, qui juri  
suo renunci-  
ant.

an ex perso-  
na patris, li-  
beris quo-  
que?

*cons. 251.* STRUV. in *Obs. Feud.* ad c. 8. Synt. J. F. Qui enim prius defendant, sententiae suæ robur ex Mand. Elect. d. anno 1583., quod Torgavjæ datum est, tit. Welchergestalt ic. §. Dies weil aber dennoch dieses/ daß ein Sohn ic. eliciunt, & argu- mento a consensu in alienationem feudi desumto, ob rationis identitatem, id ad paternam renunciationem, quaæ alienationis species dicuntur, trahunt, & idem esse juri, ac successioni in feu- do speratae, ac ipso feudo, valedixisse, adeo adserunt, ut libe- ri, quamvis heredes allodiales patris non fuerint facti, sed pro- prio jure succedere velint, huic renunciationi contravenire ne- queant. H. PIST. L. 2. qu. 18. STRUV. Synt. J. F. C. 14. §. 23. Quod si enim pacto a patre huic juri, quod, ut supra monui- mus, fideicommissio æquiparatur, renunciatum sit, id etiam fili- is, ex primi institutoris, & adquirientis dispositione nocere, si hac lege, & expresso pacto id actum sit, ut neque renuncian- tes, neque horum filii imposterum admittantur, testes sunt, KNIPSCH. L. c. c. 16. n. 13., CEPHAL. L. 3. c. 37. n. 31., quibus CARPOVIVS L. 6. r. 16. n. 11. hocce superaddit argumentum, quod quidem ex primi adquirientis provisione liberi in prima investitura sint comprehensi, & ad successionem vocentur, jus tamen sanguinis, per quod succedunt, a parentibus habeant. Illustravit hanc thesin multis, & probabilioribus momentis DN. DE WERNHER *Obs. P. II. obs. 422.* an vero his, in praxi, quod fateor, fere communioribus, an ceteris jura, & æquitatem se cum habentibus, adiuentri fas sit, in medio relinquo.

§. VIII. Si vero in ipsa renunciatione, ejusdemque instru-  
mento, vel pacto, super hac initio, nulla horum expressa fue-  
rit facta mentio, ex præmissis antea vix liberos, si paterna ab-  
stineant hereditate, jure suo privandos esse autumarem. Quan-  
quam enim allegatus mandati textus in genere loquatur, non tunc renun-  
ciano*rum* in re-  
nunciatione ab-  
facta sit men-  
tio, an illis  
renun-  
ciatio patris  
noceat?

adeo firmum tamen a consensu in alienationem nonnunquam necessariam, de qua ibidem fermo est, dato, ad renunciatio-  
nem per pactum, vel sponte libera in alterius favorem, fa-  
ctam, argumentum duci potest. Hinc rationi, & æquitati ma-  
gis convenit, quod heres factum defuncti in iis adprobare non  
teneatur, de quibus libere disponere non potuit, vel quæ de-  
functum heredi omnino relinquere oportebat GRAVETT. Cons.  
200. n. 7., cum generaliter heres defuncti factum impugnare possit.

possit, quotiescumque non jure hæreditario, sed proprio nititur, arg. L. 73. ff. de Eviſt. L. f. C. eod. Præterea ipsa renunciatio ſtri-  
cti Juris eft, & interpretationis ſtrictillimæ, nec perfonam renunci-  
antem, per ea, quæ ſupra monuimus, egreditur, nec ultra actum o-  
peratur, & ad ea, quæ ſpecificam expreſſionem requirunt, non ex-  
tenditur, DALLNER. l.c. n. 68. PRÜCKM. Cons. 8. n. 174. Imo  
pater hæredum mentionem non faciens, horum juri nihil detra-  
etur voluisse praefumitur, utpote, quod alienum eſt; ergo liquido  
fuit allegandum. WESENB. Cons. 15. n. 41. MANTIC. cons. ult. Vol.  
L. 2. t. 12. n. 22. GAIL. L. 2. obſ. 71. n. 4. Quod expreſſe ulterioribus  
rationibus defendant, ROSENTH. l.c. concl. 98. BE TSIVS  
dit. tr. c. 10. §. 35. Sibi enim renunciatarius habeat, quod hac circum-  
ſpectione non fit uſus; qui enim ſibi hoc, vel illo modo cau-  
tum eſſe vult, ut ipſe ſibi cavet, cautione illa contentus eſſe  
debet, utrū fit deceptus L. 9. §. 3. in f. ff. de pign. aſt.: quippe da-  
mnum, quod hac ratione ſentit, ſua ſentit culpa, & hinc ne-  
quidem ſentire intelligitur, L. 203. ff. de R. O. Verum hæ  
rationes hodierna in praxi ex add. Mand. Torgav., vel hac ex  
ratione negliguntur, quia allodium a feudo juxta Tit. Filius &  
agnatus, separari nequeunt, hinc filius indiſtinete patris fa-  
cta pŕeftare debet, nil, quod jam monuimus, & ex Conſt. In-  
ed. 4. elucet, vel filius ſpecifice in investitura compreheadatur,  
vel ejus intuitu patri feudum fit confeſſum.

**Renunciatio** paterna Jur. casum ſpectat, ubi nimium pater juri liberis aliunde compe-  
tenti renunciat, inde aliquid prajudicij capient, licet enim,  
tanguam legitimus bonorum administrator, in corundem alie-  
natione iisdem non adeo fit adſtrictus ſolemnitatibus, quibus  
alias curatores minorum eſſe ſolent: attamen & in ipſo iuſta  
aliqua alienationis cauſa requiritur. Jam cum Juris noſtri pro-  
politi renunciatio, alienationis fit ſpecies, non male exinde con-  
cludes, patrem in iuſtituenda illa eadem cautione, qua in alie-  
natione bonorum, uti debere. Accedit, quod liberi nominati  
cum patre investiti, & filii, quorum intuitu patri feudum con-  
ceſſum, hoc revocare queant, ANTON. disp. 10. ib. 44. l. b. quod  
etiam Conſt El. ined. IV. probat. v. CARPZ. P. II. C. 48 d. 10.  
quo magis id liberis integrum erit, in feudo quod horum fo-  
lum intuitu datum eſt, et renunciato jure, in hoc quæſito. Be-  
ne

## SIMULTANEA INVESTITURA QVÆSITI. 27

ne itaque se res habebit, si necessaria ratio, vel commodum inde in liberos insigne redundans, renunciationem futuræ in feudo successlonis suadeat, sin minus liberi hac ipsa, ceu temere facta, stare non cogi, sed illam potius impugnare possunt, hoc tamen utique temperamento, vel potius cautione, ut a paterna hoc casu haereditate abstineant, quoniam ex vulgata, non nunquam vero satis iniqua, Juris regula, haeres defuncti factum impugnare nequit. Demonstravit hoc idem argumentum pro more suo solide, Excell. DN DE WERNHER Obs. P. IV. ob. 32.

§. X. Sunt quoque, quibus, ultra jam nominatos, facta re-nunciatio præjudicium, & incommodum inferre potest, credi-tores nimirum, qui vasallo defuncto, feudi intuitu, pecuniam de-suam dederunt mutuo. Hinc primo loco queritur, an filius in eorum dispendium, deficiente allodio, suæ investitura juri, alteri investorum renunciare queat? Evidem videtur, favori suo, pro se introducto quemlibet posse renunciare, & jus suum qualecunque dimittere L. 41. ff. de min. 25. ann. vel ita, ut et iam futura hereditatis commoda L. 6. pr. ff. que in fraud. cred. respuere queat, quidni pari ratione feudum? Deinde nihil facere, quod Mand. Torgav. a filio, feudum occupaturo, requirat, ut haeres patris valalli, allodialis, existat, & ita defuncti fa-cta quacunque ratione prestat, quoniam ex hoc nondum con-fit posse filium, & feendum, cum vel sine allodio uno eodem que tempore nequaquam refutare, vel ita, ut creditores allo-dium, si quod adest, & feendum reliqui simultanei investiti o-ccupent. Verum, omissis ceteris argumentis, cum olim nostra præ-primis in Saxonia hac de fraude questum sit, in Resolutionibus Gravaminum d. anno 1653. & 57., d. 22. Jun 1661 pu-blicatis, tit. von Justiz. Sachen § 71. cautum est: Gleichwie es an ihm selber der natürl. Erbar und Billigkeit auch der Ehreerbietung und Schorsam welches Göttes Gebot/ und Ordnung von denen Kindern ernstlich erfordert/ gänglich zu wieder/ wenn ein Sohn seines Vaters Contract, und Handlung anzusehen sich unterstehet: Also hat es auch ebenmäfige Beschaffenheit/ wenn ein Sohn seines Vaters Lehn-Guth/ das mit Schulden/ so mit Bewilligung des Lehn-Herrn auf das Lehn-Guth nicht verschrieben/ behaftet und das Erbe zu Bezahlung derselben nicht zureicht/ sich nicht anmassen, son-

dern in fraudem creditorum denen Mit-Belehnten überlassen/ und solchergestalte dem Gläubiger präjudiciren wollte; Wenn aber ein Sohn ic. die Gläubiger auch / so dem Vater treuzerzig ausgeholstet/ zu gefahren/ und um das ihre zu bringen trachteet/ und hierdurch verursachet/ daß der Vater in der Gruben geschändet/ und geschmähet werden möchte: Also haben wir ic. Sezen/ ordnen demnach/ wenn ein Sohn seines leibl. Vaters Trauen/ und Glauben zu retten vergessen/ und des Väterl. Lehn sich nicht annehmen/ sondern dem mit-Belehnten dasselbe zum Nachtheil der Gläubiger lassen thäte/ daß solche Handlung und Überlassung nicht allein vor unkräftig geachtet/ sondern auch in diesem Fall/ der Vüches Annaffung bey Lebzeiten desselben Sohns/ und seiner Lehns-Eben/ das Lehr-Guth denen Gläubigern zum besten/ also balden sequestriret/ und die fructus zu derselben Bestridigung angewendet/ und der Mit-Belehnte eher nicht/ biss entweder der Sohn/ und seine Lehns-Eben mit Todt abgegangen/ und das feudum sich ordentl. eröfnet/ oder die vom Vater hinterlassne Schulden aus denen Nutzungen desselben/ bezahlet/ zuge lassen werden sollte. Et hec omnino cum Dec. Elect. 67. & Ord. Pr. Sax. V. t. 36. §. 2. & Rec. eod. §. 1. convenire, & ita hodie, nullo Mandato in contrarium existente, usum habere asseres.

an debitor  
feudalis de  
præjudicio  
queri possit?  
& ad interef-  
se agere,  
quando  
simult. inve-  
stitus in hy-  
pothecam  
feudi confen-  
tiens, postea renun-  
ciat?

§. XI. Jam vero porro queritur? an creditor feudalis de eodem præjudicio sibi, atque incommodo inflicto queri, hocque ex capite ad interesse agere creditor queat, simultaneo investitus, qui in debitum, hypothecamque feudalem consensit, huic suo Juri simi. postea renunciat? Agitata haec lis coram summo, quod Dresda floret, Provocationum consilio an. 1710. Sess. æstiv., testante Excell. DN. DE BERGER Occ. Jur. ed. nov. p. 529. n. 8., & negative decisa est. Operæ pretium erit, ut in illam brevillimis inquiramus. Novimus enim consensum simultaneo investiti in debitum, & hypothecam feudalem id operari, ut ipse succedens olim, vel illi satisfaciat, aut patiatur, ut hujus uigore creditor, nostra præsertim in Saxonia, in fructus feudi, & si domini simul adfuerit, vel in substantiam feudi ipsam mittatur. Dec. Elect. 67. Ord. Proc. Sax. V. t. 30. §. 2. Rec. §. 1. vel si feudum ipsum sub hasta sit venditum, ille neque retractus, neque protimiseos jure uti amplius queat, ord. d. R. §. 3. inf. Jam

## SIMULTANEA INVESTITURA QVÆSITI. 39

Jam quid creditor præjudicij allegare posse non video. Præser-tim cum obligatio ita ex consensu, non absoluta, sed limitata, at-que adeo ad ipsum feudum adstricta sit, & simultanea investitus in hypothecam consentiens, non ideo consensum suum adhibu-isse videatur, ut ipsemet obligaretur, sed ut oppignoratio feu-di confisteret. CARPZ. P. II. C. 46. d. n. 8. M E V. P. II. dec. 207. Et quanquam dicatur, succelforem feudalem ad debita feudo in-harentia esse adstrictum, HORN. Jpd. Feud. c. 21. §. 1. intelligen-dum hoc tamen est, si feudum ipsum acceptet, id. cit. d. §. 2. Quod si non fecerit, sed juri suo renunciauerit, nullus tenebitur, præsertim cum haec ipsa sua obligatio cum renunciatione pereat. Et posito obligationem illam esse talēm, quæ ipsum simultanee investitum tangat, & urgeat, ex sententia tamen communiore novinus, quod jam monui, quemadmodum futura hereditatis comoda etiam in creditorum fraudem, L. 6. pr. ff. quæ in fraud. ered. DN. DE BERGER Diff. de omis. bær. tb. 07. DN. DE BERGER Obs. P. I. obs. 280. ita quoque, ob rationis paritatem, futurum successionis in feudo jus refutari possit. Putarem quidem omnino, haec olim aliquatenus disputari potuisse, ubi non debita solum consensu domini, & agnatorum munita, sed cetera quoque ex feudo erant exsolvenda, quæ nonnunquam ipsam feudi substantiam, ejusdemque pretium excedere solebant. Hinc non una de causa præjudicium allegare, & de præstando interesse queri poterant creditores, quando simultanea investitus Juri suo, & suc-cessioni renunciabat. Haec autem hodie ex Ord. rec. t. alleg. §. 1. & 3. exulant, ubi imposterum non indistincte omnia debita, quæ vafallus contraxit, sed feudalia tantum, id est, ea, quæ consensu domini, & agnatorum, supra memorato, munita sunt, vel alias onera feudi, puta, dotalitium, item quæ ad refectionem, & melio-rationem ejusdem sunt impensa, aliaque, audiunt, exsolvuntur, & hinc neque creditores, quod ejusmodi renunciationem urge-ant, neque simultanea quoque investiti, quod ob haec debita juri suo renuncient amplius, non habent, præsertim cum ex obser-vantia Curiae nostræ & Mand. Feud. d. 17. Apr. an. 1700 non ultra dimidium, vel bestiem consensus in oppignorationem largi-ri soleat, & debeat.

SECT.



## SECT. IV.

DE

FORMA RENVNCIATIONIS JVRIS EX  
SIMVLT. INVEST. QVÆSITI.

§. I.

**H**is tenus hac dispositis, suo ordine ad ea explicanda per-  
sumus, quæ formæ nomine, id est, fundamenti, requisito-  
rum, ac solennitatum loco in simul. invest. renunciatione  
explici solent. Alia est interna, seu substantialis, alia externa,  
seu accidentalis. Illa vel in renunciatione simplici, vel conventionali  
observatur, quod in priori mera renunciantis, eaque li-  
bera, quæ præ cæteris hic spectanda, L. 3. ff. de R. J. BREVL.  
*de renunc. caus. 2. c. 1.* GIPHAN. c. l. c. 1., non persuasionalibus va-  
riis, vi, metu, doloque inducta, arg. L. 4. ff. si quis caut. J. SCHRAD.  
*er. de matr. Cons. 9. n. 37.* GRAVETT. cons. 449. n. 18. absolvitur  
voluntate, GARZ. tr. de ult. fin. iur. n. 452. BOLOGNET.  
in L. naturaliter §. nabil commune, P. II. n. 14. ff. de A. P. Hinc re-  
nunciatio quoque spontanea Juris sui refutatio audit, JOH. BAPT.  
CACCIALVP. tr. de trans. qu. 3. n. 11. ROB. MARANT. cons. 48. n. 1. ff.  
Et quanquam coacta voluntas etiam voluntas dicatur, GAIL.  
L. 2. obi. 93. n. 4. ENENCKEL. de priv. L. 3. c. 16. n. 8 attamen  
talis non est, qualis hic in nostrâ Juris refutatione pro forma re-  
quiritur. Ibi enim integra est voluntas, ubi quid ultro volumus,  
& sponte, CVJAC. ad rubr. ff. de eo quod mei., & ipsæ leges vo-  
luntarium id dicunt, quod neque per vim, nec ignorantiam fa-  
ctum fuit, a L. 28. ff. de lib. caus. DALLNER c. 16. §. 17.

**quæ conventionalis sit** §. 2. Altera vero conventionalis, quæ pactum aliquod, ab  
utraque parte initum, presupponit, præter voluntatem; & cer-  
tum, integrum liberunque renunciantis consensum, in quo ea-  
dem, quo supra monimus, abesse debent, L. 116. ff. d. R. J.  
ex parte, ut barbare loquar, renunciarii, solennem aliquam &  
in continent factam adceptionem ad sui substantiam requirit  
DALLNER. c. 17. n. 3. 4. Colliges hæc, vel ex hoc unico, quod  
pactum sit duorum, pluriumve in idem placitum consensus L. 1.  
ff. de pact. L. 3. ff. de poll. BREVL. c. 6. CANS. 2. c. 1. n. 3. hic  
vero

SIMVLTANEA INVESTITVR A QVÆSITI. 4

vero aliter exprimi nequeat, quam ipsa mutua declaratione, que si in renuntiacione ab altero praesente non adhibetur, statim illa corruit, nec renunciati nocet, licet ab absentis Notario recipiatur. MENOCH. cons. 380. n. 27. EVERARD. cons. 480. n. 9. WESENBERG. in L. 4. C. de paet. n. 23. MYNSING. Rp. 56. n. 4.

§. III. Haec in masculis, qui libera renunciandi gaudent facultate. In foemini vero præter voluntatem & conlensem, an Juramentum nonnulli juramentum corporale, & actu præstitum, à Const. tum in re-  
Elect. P. II. c. 35. pro forma substanciali ponunt, MODEST. nunc foemini-  
PIST. L. 4. cons. 29. n. 33. COLER. de proc. Exec. L. 1. c. 10. n. 241. ntarum for-  
ABEL STRASBURG. cons. 3. n. 4. HORN. Clasf. 8. Rp. 7. CARPZ. mæ internæ  
P. II. Cons. 35. d. 7. Allegant enim, renuntiaciones J. Civ. pro-  
hibitas L. ult. ff. de suis, & leg. L. 3. C. de Coll, nullo subsi-  
stere modo, nisi adcedente jurejurando, quod Jus Can. obser-  
vari jubet C. 28. X. de jurej. c. 2. X. de paet. in 6to. Verum  
haec non adeo procedere auctumare. Quanquam enim Jur. rat. dubit.  
Civ. renuntiaciones, scil. ex quo de hereditate fiunt, sint pro-  
hibita; non ideo statim ad juramentum, quod per hoc conva-  
liduntur, recurrendum, nec ex Jur. Can. decisio desumenda, rat. decid.  
& illud hac de causa indistincte est adhibendum, cum Jus no-  
strum patrum, L. X. L. 1. art. 13. v. Hätten Sie auch ihrer  
Erbtheilung daran verlobet/ deren sollen Sie entbehren/ nul-  
lo discrimine sexus habito, præter judicis autoritatem, aut testes  
aliquot, nihil exigat. Quod vero alleg. attinet Constitutionem, vel  
cœco patet, quod in illa non de renuntiacione juramento  
peragenda, sed si id fuerit factum, de illa ex enormi latione  
rescindenda, instituatur quæstio. Quæsto vero, quid haec ad re-  
nuntiaciones simpliciter omnes, easque jurato faciendas? Quæsto  
quale argumentum a filia, ibidem solum nominata, ad omnes  
alias renunciantes foeminas, vel de hæreditatis renuntiacione ad  
eam, Juris nostri simultanei, elicitor. Hinc haec omnia pro mo-  
re suo solide, ac erudite confutavit HORN. Juriprud. feud. c. 16.  
§. 17. ibique allegat, plus vice simplici ab utraque Lipsiensi, & Vi-  
tembergensi Facultate tales foeminarum renuntiaciones, alii, quam  
paternæ hæreditati renunciantium, firmas, ratasque habitas esse.  
Quæ eo magis nostro in casu adiplicaveris, cum hic non de tali  
hæreditate, sed de Jure aliquo, aliunde in alterius feudo quæstio,  
sperataque inde successione, eaque renunciata, sermo nobis sit.

F

Mones,

Mones, esse id genus renunciationis, ob imbecillitatem sexus indistincte introductum, CARPZ. *ut. loc.* & ideo nulli Juri, nisi ju-  
ramento, renunciari posse. JOH. OLDEND. *Ench. Except. mem. exc.*  
*contra renunc. exc. 59.* Verum nego consequentiam. Nondum  
enim eo res recidit, ut, excepta solius Carpzvii autoritate, vel  
textu aliquo generali, vel D. D. omnimodo consensu, allegata de-  
fendatur sententia, ergo nondum, praesertim in foemina majoren-  
ni, concludendi video rationem. NIC. VIGEL. *meib. Jur. Civ. L. 4.*  
*c. 14. quis. reg. 2.* Porro vel ex hoc contrarium adparet. Quodsi  
enim foemina in sui præjudicium, tacite hypothecæ, constante  
matrimonio, L. II. & 21. C. ad SCt. Vellej. VIGEL. *l.c.*, nec non  
conventionali, MATH. *de Afflit. Dec. 31.* MATH. CVN. *de Paet.*  
*L. I. c. 6. n. 80.* BOER. *Dec. 23. n. 9.*, imo omni hæreditati, ac suc-  
cessioni, DN. DE BERGER *Oec. Jur. L. 2. t. 4. ib. 48. n. 5.*, DN. DE  
WERNHER. *Obs. P. II. P. VIII. obs. 430. & 63.*, absque jurejurando  
renunciare possit. Quidni eodem & minori fore præjudicio, idem  
in Juris nostri renunciatione fieri poterit? Interim nullus dubito,  
melioris fore securitatis cautelam, si hoc ipsum exigatur, nun-  
quam tamen adsero, aut sum adserturus, esse illud de renuncia-  
tionis substantia, sed nomen sibi alicuius extrinsecæ formæ po-  
tius vindicare, quæ salva re, salvoque renunciationis actu, omitti  
potest.

In quo for-  
ma renunc.  
externa sit  
posita?

§. IV. Forma vero extrinsecæ, externa, & accidentalis ea est,  
quæ vel solennitatis cuiusdam necessariae, vel melioris probatio-  
nis causa, externe requiritur. Prior itaque ipsum renunciationis  
actum, posterior vero hujus actus securitatem, spectat. In illa jam  
jubent, ut renuncians, vel in propriâ persona, vel per procura-  
torem, speciali mandato instructum, huic suo Juri renunciet, BART.  
*in L. Pomponius n. 1. ff. de Neg. Gesp.* DALLN. *l. c. c. 17. n. 8.* Re-  
nunciarius vero, ut præfens factam adceptionem repeatat, &  
adserat, quia illa, ab absentis Notario facta, quod monuimus, est inuti-  
lis, ALCIAT. *de praf. reg. 3. praf. 21. n. 7.* necesse est quanquam, & hac  
in parte, mandatarium, specialiter instructum, admitti posse, pu-  
tarem, & id eo magis, quam & ipse judex, quanquam incompe-  
tens alias, illam adcepere possit, arg. L. 27. & 30. C. de don. GAIL.  
*L. II. obs. 39.* SCHNEIDEW. *ad §. 2. f. de don. n. 11.* MASCARD.  
*V. l. concl. 347. n. 14.* WESENB. *cons. q. n. 31.*

§. V.

§. V. Ad hanc formam, an consensus domini, vasalli, ac ceterorum agnatorum, nec non judicialis resignatio in Curia fennali exposcatur, hoc loco perquendum esse duco. *An consensus domini ad il-*  
*lam requiriatur?* Videtur enim quid colligatum est, eodem dis-  
*quidem, 1.) quod, quo generè quid colligatum est, eodem dis-*  
*rat. dubit.*  
*folvi rursus dñe L. 118. ff. de R. J. Jam cum consensu domini,*  
*& vasalli jus hocce in feudo sit quebitum, ergo eodem eidem re-*  
*nunciationum sit modo. 2.) quod Mand. Torgav. §. Sesen et. huic*  
*renunciationi, his non adhibitis, arguento verborum: Darum*  
*wenn ein Lehn-Guth also mit consens des Lehn-Herrns/ und*  
*Bewilligung aller Mit-Behnhten et. oder sonst etwas daran*  
*verändert wird et. adverstetur, et eam non aliter, quam hac obser-*  
*vata forma, ratam adferat. Verum hos dubitationum nodos vel uno rat. decidi.*  
*ictu conficies, si scilicet ponderaveris, hanc Jur. Civ. regulam in ter-*  
*minis habilibus esse accipiendam, cum in hypothesi faltem, non æ-*  
*que vero in thesi loquatur, ergo de posse, ad esse, non statim valeat*  
*consequentia. Nemini enim sane obtruduntur beneficia, hæcque in*  
*alterum collata, obligant quidem dantem, haud vero, quin illa non*  
*respuat, accipientem. Exemplum habes in donatione. Et posito,*  
*inesse huic brocardico aliquam vim, & efficaciam, novisti tamen,*  
*non prius ad illud Jus esse configendum, donec nulla rei dubiae*  
*ex Jure nostro Feudali decisio allegari queat. Feuda vero ipsa hoc*  
*Jure, dissentiente etiam, imo invito, ac ignorantie domino, a vasallo*  
*refutari, & agnato, vel alii, in illo succelluro, remitti, tradique pos-*  
*se II. F. 14. 18. 30. 38. 49. J. F. A. c. 5. & 21. J. F. S. c. 7. art. 3. ibi-*  
*que gloss. licet quoque pietum intervenerit, fuse testantur VVLTEJ.*  
*L. 1. c. 10. n. 130. INTRIGOL. Tr. de feud. qu. 51. §. 9. SCHILTER.*  
*ad J. A. c. 5. §. 3. DALLNER. c. 6. n. 48. HORN. l. c. c. 22. §. 3.*  
*STRUß. c. 12. §. 9. DN. DE WERNHER P. II. obs. 358. p. 679. Nec*  
*iac in parte novioribus mandatis aliud esse fancitum deprehendi.*  
*Jam cum in ipso feudo id procedit: quidni eadem Juris ratione in*  
*simi. investi renuncianda? Cum expeditum sit, quod connexorum,*  
*& coniunctorum eadem natura, dispositio, & ratio extet, & de utro-*  
*que idem Jus statuatur. PARIS. L. III. c. 70. n. 22. SCHRAD. P. II.*  
*P. 9. S. 6. qu. 15. Hic itaque argumentatio a majori, ad minus facta,*  
*feliciter valer. Accedit, quod consensus domini, & vasalli vel hoc ex*  
*puncto non esse de necessitate videatur, quoniam utriusque nihil præ-*  
*judicat, qui ex agnatis, & simili. investitus, an hic, an aliis, feudo*  
*quondam, ejusque possessione potiatur. Et hoc negotio una alterius*

momenti fundamentum, alleg. Mand. Torgav. superstructum, corruit, cum ubi de mutatione aliqua, quæ ipsam feudi substantiam, non vero, quæ personas, hoc ipso investitus, afficit, sermo sit, & hæc nostra renunciatio insuper non extraneis, quo de casu etiam Mand. El. Feud. d. anno 1622., si id objeceris, intelligo, & omnia, si id agatur, priori Mandato injuncta, esse observanda, concedo, *DN. DE BERGER Suppl. ad E. D. F. P. II. p. 256.* quippe quæ tunc in alienationem aliquam degenerat, quam vero prohibitam, multis ostendimus in alleg. nostra dissent. § 10. v. HORN. l.c. c. 22. § 3., sed ipisis agnatis fiat, qui eodem tempore jure quodam quæsito, ex una eadem que investitura gaudent.

an agnato-  
rum?

§. VI. Agnatorum consensum quod attinet, distinguendum esse putamus, an hæc nostra renunciatio proximiori aliquo, eodem gradu posito, an vero remotiori cuidam simul investito agnato fiat. Priori casu, nullum horum requiri consensum, vel ex hoc vides, quia agnatis ceteris nihil prorsus decedit, an hic, an alter proximiorum, feudo quondam, ad ipsos nondum devolvendo, potiatur. Posteriori vero vel ideo illum adhibendum, & repetendum esse censeo, quia hic agnati proximiores, vivo renunciante, ejusque hæreditibus partim a succellione repelluntur, itaque insigne ipsis præjudicium infligitur, partim ipse renunciantarius parum sentit commodi, quum mortuo renunciante hi, quemadmodum feudum. II. F. 26. 39. I. F. 8. STRUV. c. 12. §. 14., ita quoque næctam ex renunciatione alterius jamjam succelionem revocare, & renunciarium expellere queant. Tutius itaque, ac consultius hoc in passu, Juri huic renunciabitur, si ea ipso agnatorum consensu instituatur, tunc enim ipsi, de quo querantur, nec renunciarius, quod revocationem metuat, prefertim si in renunciatione, tali consensi munita, præter ipsum, & ejus hæredes, comprehendantur, non habent.

an judiciali-  
ter fieri de-  
bet renuncie-

§. VII. Ut vero coram Judice feudali, vel ejusdem in curia, haec necessario fieri debeat, & celebrari renunciatio, nullum neque in Ju- re Feud. Comm., nec Saxon., invenimus decisionem. Mandatum enim neque Torgav. neque Electorale feud. de anno 1622., huc recte trahi posse autem. Hinc potius cum DD. concludo: si feudi renunciatio, & ex idenditate rationis, simul, nostræ investiturae, fine domini feudalis consensu, peragi queat, quidni, & illa sine judiciali in feudali ejusdem curia insinuatione fieri poterit. Probat id SCHILT. P. II. de renunc. p. 195. Melioris vero probationis gratia utique con- sulitur

## SIMVLTANEA INVESTITVRA QVÆSITI. 45

sulitur renunciatario, ne exceptione doli, vel persuasioris, vel læsionis adhibitæ, aliquando renunciatio impugnetur, ut judicialiter illa fiat, arg. L. fin ff. quod met. cauf. GVID. PAPÆ Dec. 325. n. 2. quanquam, quod supra de adceptione monuimus, etiam hoc in passu incompetentem judicem, vel hac ex ratione, quod sit aetius mere voluntarius, admittant, arg. L. 27. inf. L. 30. C. de don. GAIL. obs. 39. L. 2. n. 28. aliisque plures. Poterit & interim huic mederi, si renunciatio, agnatis, & similius ceteris investitis, praesentibus procedat, arg. L. 35. ibique gloss. & GODOFRED. C. de trans. Gloss. in L. pen. § 2. circa fin. C. de ad opt. KELLENBENZ. L. c. qn. 5. n. 16. qu. 14. n. 12. SPEIDEL. sex Jurid. v. Verzicht/Adel. Tochter/ p. m. 1280. & 1301.

§. 8 Et haec ita sese habent, si personas, quæ libere, & licite renunciare possunt, hocce nostrum jus refutare vides. Praeter adducta vero, alia solenni opus est forma in harum renunciatione, quæ partim jus renunciandum ignorant, partim hac ipsa conditione suam, ob obligationis, & consensus defectum, deteriorem reddere nequeunt. Vna harum formarum barbara quidem, in praxi tamen recepto vocabulo certioratio, idest, facta istius juris, & beneficii, cui renunciatur, personæ renuncianti notitia, vel declaratio, dicitur. Expedita enim est Juris regula, neminem juri ignorato renunciasse, per L. 195. ult. C. de inoff. test. SEB. MEDIC. tr. de Cour. poss. n. 318. AEG. BELLENGE dec. 502., seu jus, quod sibi competere nescit, remississe, censeri, arg. L. ult. §. si. nesciunt, C. de furt. CAM. BORELL. Conf. 4. n. 16. Ignorantia vero haec vel presumitur, vel excusat in foeminiis, rusticis, militibus, minorenibus, VIGEL. ltc. L. 2. c. 17. BENECKEND. in L. 2. f. 2. m. 5. P. 2. art. 1. n. 192. ff. de R. I. BARO DE SCHENCK. Vir. Concl. jurid. contl. 29. PRUCKM. Conf. 3. n. 105. His si non debito more facta certioratio fuerit, promissione sua, ac renunciatione stare non coguntur, licet, illa juramento corroborata, acceptata, & quid amplius fuerit. DALLNER. l. c. 1. n. 12. Jusjurandum enim ignorantem non obligat, nec ad non cogitata extenditur, CAEPOLL. tr. de Caus. c. 196. n. 7. ENENCKEL. de Priv. L. 3. c. 26. WESENB. Conf. 23. n. 12. LUDOV. MOLIN. tr. de major. P. 2. p. 579., imo ne ad dubitata quidem L. 9. ff. de N. G. cum dubitans utique pro ignorantie reputetur, & consensu destituatur, WESENB. conf. 74.

an certioratio  
renunc.  
fit adhiben-

n. 61. BENECK. l. c. n. 208., ergo exceptione non facta certiorationis, omnes agentis insultus, intentiones, & prætentiones elidunt. J. DAVTH. l. c. n. 149. PRVCKM. V. I. c. 8. n. 104. STYCK. Caut. contr. l. c. §. 6. Dices forsitan, quid haec omnia ad jus propositum renunciandum? quod partim per se, quid involvat, cui libet patet, hoc vero, si sit, alterum de eo non amplius esse redendum certiorem, c. 31. de R. J. in 6to, novimus, partim in regula horum iurium non comprehenditur, quibus certioratio præmittenda est. Bene. Quod prius attinet, nondum est evictum, hocce nostrum omnino ubique supra memoratis personis patere, & qualia producat commoda, quidve operetur, notum esse, atque perspectum, hoc enim, cum facti sit, probandum ab adserente erit, in posteriori vero casu, cur non ad iura ignorata, quibus succurrunt leges, & hocce nostrum, numerari queat, & debeat, non video rationem decidendi, cum universaliter procedat regula: cum de omni jure, cuius effectus, commoda, atque incommoda non adeo bene novit, esse certiorandum. Jam subsu mas de personis nostris, & nostro jure. Nec obstat, jus notum nulla indigere certioratione. Distingvendum enim est, an ex materiali, an vero finali causa illa instituatur. Prior pro solennitate quadam extrinseca, necessaria accedente habetur, JASON in Auth. Sacramente C. si adv. vend. n. 59. GIPHAN. c. l. cons. V. p. 143., ubi nulla rerum scientia sufficit, HENR. CANIS. c. 31. de R. J. in 6to. FAB. DE MONT. tr. de Emt. vend. qv. 8. n. 15. FRANC. TURZAN. opin. 122. n. 1. COVAR. refol. L. 2. c. 3. n. 3., sed omissa doli, & fraudis suspicionem arguit, arg. L. 35. ff. de pact. L. 9. §. 2. ff. de trans. VVITEJ. V. I. cons. 17. n. 53. SCHILT. diss. c. §. 42. Aliud de causa finali, qua adhibita certioratione, renuncians id agit, quod jure suo amplius uti nolit, ergo cautela abundantia, qua nunquam nocet, L. 33. ff. de aur. leg. L. 49. de R. J. GVIL. L. 2. obs. l. 64. 2., non vero necessitatibus, ac solennitatis cuiusdam loco, & nomine venit.

An in minorum renunc. tim in minoribus, praeter memoratam, observari solet, quando quam tuto minirum horum loco tutores, ac Curatores ius simili. invest. res, & curatores faciunt, refutare volunt. Mentionem hujus rei Sect. III. §. 4. jamjam eadem, qua sparsimus, nunc ulterioribus momentis illam adserturi. Qua in alienatio ritur vero an hujusmodi, tutores ac curatores, Juri minoribus suis

## SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI. 47

suis in feudo quæsito renunciaturi, eadem, qua in rebus eorum alienandis, Jurium cautione, ac solemnitate uti debeant, ejusdemque nimirum ut justa renunciationis causa præcedat, ejusdemque cognitio, ac judicis tandem decretum, sequatur? Quidni? In eodem enim, respectu futurae successionis, versantur minores præjudicio, ac in ipsa rerum fvarum alienatione, præsertim cum renunciatio species alienationis audiat, hinc si juri in feudo faccedendi, quod reale, radicatum, & præsentaneum est, mortuoque vasallo, possessore, statim actu secundo successionem infert, renunciant, idem facere videntur, ac si ipsum feudum repudient. Unam enim relatorum, & correlatorum esse naturam, & sententiam, tralatitium habetur. Hofum itaque requisitorum, & formæ hujus a tute, vel curatore ratione non habita, minori revocationem, ac rei vindicationem competere nulli dubitamus. Addas, his, si placuerit, supra jam allegatas causas.

§. X. Jam vero, quonam a Judice cognitio cause insti-  
tuenda, decretumque interponendum sit, disquiri meretur. Se-  
cundum L. 6. ff. de reb. corum, utrumque iudex domicilii,  
aut pro re nata rei sitæ, agit, & subministrat regulariter. Ve-  
rum hæc in allodialium renunciatione, vel cellione, vel aliena-  
tione sunt disposita, quæ merito hoc in passu, ubi de feudi  
speranda, eaque renuncianda, successione agitur, exulare puta-  
mus. Quid enim judicii domicilii, extranco præsertim cum  
feudo in alterius terris quæsito? cum ex Mand. Eleçt. d. anno  
1691., & juramento vasallatico, Cod. Aug. P. I. p. 1982. nec  
non sententia CARPOVII LVI. resp. 115. & Pr. For. r. 3. n. 4.  
ea in Saxonia obtineat observantia, ut etiam sine domicilio his  
in terris similiter investiti forum sortiantur, ac intiuu caufarum  
feudalium ibidem judicentur, ergo rationi consentaneum sit,  
& juri, eundem potius ejusdem cause judicem esse debere, a  
quo illa ipsa penitus pendet. HORN. l. c. c. 12. §. 30. Judex e-  
nim ordinarius, quod feuda spectat, nullam habet jurisdictionem, arg. L. fin. ff. de jurisd. GVTIEREZ. L. 1. c. 16. n. 6. So-  
lus quippe dominus, vel mediatus, hujusque loco immediatus,  
jus in illis exercet. SCHRAD. P. X. Sect. 20. n. 94. Quæ o-  
mnia eodem modo in rei sitæ judge procedunt, nisi diſpicias,  
an iudex ille dominium feudale, annexamque jurisdictionem  
habeat,

A quonam  
iudice cogni-  
tio cause fie-  
ri, & decre-  
tum interpo-  
ni debet?

in feudis  
Schriftfassici.  
cis.

habeat, vel an feuda, qualia nostris p̄eprimis in terris, quod dicimus, Schriftfassica, Canzley, an vero Amtfassica, Amts-Lehn, & eaque vel ab Electore Saxonico ipso, ejusdemque curia, vel ab ipsa p̄fectura recognoscenda, an tandem talia sint, quae a professoribus feudorum nobilium prudent. Priorum novisti quædam Curiis Provincialibus, qua Jurisdictionem, reliqua soli Regimini Aulico subesse. Hæcvero Curiarum Jurisdictione lites tantum, & causas, quæ inter vasallum, & vasallum, & inter hunc, & dominum, & ita vice versa, agitantur, & disceptantur, concernit, non vero ea, quæ ab ipso domino, ejusdemque Curia feudaliter pendent, & vel exp̄esse, vel tacite sunt reservata. Hinc cum investitura ipsa simultanea, nec non tutoris, & curatoris, hypothecæque constitutio, in alienationem consensus, cetera, non ab his, sed a Curia immediate petantur, v. O. S. P. R. T. 46. §. 3. Ord. Cur. Prov. Witt. rubr. Was vor das Hof-Gericht ic. ibique das Lehn belangende ic. HORN. c. 4. §. 44. c. 4. §. 18. ZIEGL. ad O. P. S. t. 40., ergo merito concludimus, nostro etiam in casu cause cognitionem, ob factam a tute, & curatore renunciationem instituendam, nec non decretum renunciandi, non ab his, sed Curia Principis feudalis interponendum esse.

in feudis  
Amtfassicis.

§. XI. Nec aliam his de feudis sententiam, in eorum, & juris in ipsis quefisi, refutatione pronuntiamus, quæ Amtfassicam qualitatem habent, ab ipso tamen principe recognoscuntur. Explicant hoc multis adducta HORNII l. c. §. 19. & c. 19. §. 8. CARPOVII L. 6. rep̄. 30. LEYSERI de Landfassicau §. 45. P̄fectura enim jurisdictione tantum gaudet, nihil vero in ipsam feudi substantiam ipsi decernere licet. In aliis vero feudis, eorumque investitis, qui plenarie a p̄fectura pendent, rem procul dubio esse, lubentissime concedimus. Quod tandem feuda tertio, loco memorata, spectat, si dominus directus Jurisdictionem, annexam feudo, habet, arg. O.R.t.2. §. 3. cognitionem causæ ab ipso institui, nec non decretum exhiberi posse, omnino statuimus, nihil reprehendentes, quod nostra sententia remoram possit injicere. Sin minus, neque ad Curias Provinciales, aut p̄fecturas, sed ad ipsam immediate Curiam, ex rationibus jamjam memoratis, & quia, ut Dominus immediate superior, consideratur, ita tamen, ut illius, ceu domini directi mediati, & proximi, arg. P. S. O. t. 46. §. Würde ic. non excludatur consensus,

in feudis

SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI. 49

sensus, DN. DE BERGER. Oct. Jur. L. 2. t. 5. p. 528. HORN. c. 19.  
§. 4. recurrendum esse censemus. Tetius interim nostræ adser-  
tionis veritatem, Mand. Torg. §. ult. da aber auch die Unmün-  
digen / suffulcimus, si enim in casu necessaria renunciationis  
Serem. Legislator a tute, & curatore, zuvörderst in alle Wege  
unser / als des Lehn. Herrns consens, und decret &c. requi-  
rat, multo magis illa eadem, in voluntaria, & spontanea hujus juris  
renunciatione, ab his instituenda, solennitatis, & formæ genera-  
erunt adhibenda, & observanda.

§. XII. His vero tricis obviam iri posse putant, si minor, uti in  
omni contractu, ita præsertim in nostra renunciatione, jurejurando,  
coque corporali, & factu præstio sefe obstringat, per Auth. C. si advi-  
vend. COV A R. in c. 2. de pass. in oto. Po. 3. §. 1. J. D A V T H. eod. n.  
61. DALIN. c. 5. n. 7. Juramentum enim etatis, omnisque solenni-  
tatis defectum supplet, arg. L. 3. C. si min. se maj. & facit, ut pro  
majore minor habeatur. CRAVETT. conf. 142. n. 27. Deci. Conf.  
493. ZASIVS ad d. Auth. n. 33. BÖER. dec. 49. ita ut nullus restitutio-  
nus relinquitur, T R E V T L. Disp. Vol. I. dec. 21. th. 2. L. 6. BORELL.  
T. I. Dec. 1. 60. n. 5. DN. DE WERNHER. Obs. P. II. obs. 415. licet non de  
eo, cui renunciat, jure, sed certiorior, GABR. ROMAN. L. 2. de jurej.  
concl. 3. GIPHAN. conf. 5. p. 146. OLDEND. ex. 19., quamquam meliori  
fundamento dissentiant, GAIL. L. 2. obs. 41. TIRACQY. in L. si nunquam  
n. 98. C. de rev. don. JOH. DAVTH. l. c. n. 76., modo dolo adverfarii id  
omne non fuerit effectum. PAVL. PIC. PAPIENS. T. I. fol. 100. BÖER.  
Conf. 30. n. 12. JO. MAVRIT. Tr. dersel. in int. c. 115. Habet enim jus-  
jurandum generalis & specialis renunciationis hoc in casu virtutem,  
& efficaciam, ALEX. conf. 27. n. 7. V. I. ROMAN. L. 2. de Jur. concl. 4.  
GIPHAN. l. c. MASCARD. V. 3. c. 126. n. 53. WESEN. conf. 52. n. 24. Ve-  
rum ad quæam formam illud ipsum referes? Ad neutram ego  
putarem. Cum enim ad internam nullo modo trahi queat, ex-  
ternam vero plane tollat, non video, quæ ratione illi adnumerari,  
quin potius pro actuali quo, extra negotium alias superveniente,  
haberi possit.

§. XIII. Quæ melioris probationis gratia adhibetur forma, vel  
præsentia illorum, quorum in favorem renunciatur, vel scriptura,  
non nunquam etiam insinuatione judiciali absolvvi solet. Si præ-  
sentes sunt sic dicti renunciatarii, bene se habet res; Sin minus ni-  
hil inde præjudicium capient, cum vel Notarius, vel procurator spe-  
cia.

An præsen-  
ti renunciata-  
ri orum pro-  
forma requi-  
ratur?

cialiter instructus pro ipso absente, ipsi renunciationi interesse, & factam acceptationem ratihabere quali, & repetere, imo si paetum præcesserit illam acceptare queat. Jo. DAVTH. l. c. n. 102. SICHARD.  
 anScriptura? de matr. Conf. g. n. 50. SCHILT. l. c. p. 325. Scripturam vero eo certius,  
 ac tutius exposcunt, KNIPSCH. l. c. c. 6. n. 244. J. DAVTH. l. c. n. 36. Et  
 ad L. ult. C. de paet., quam plerumque, einen Verziches-Brief ap-  
 pellare solent, V. SPRINGSFELD de Apanag. c. 12. n. 6. quoniam par-  
 tim facta renunciatio, & hujus acceptatio, partim ubi id fuerit neces-  
 se, adhibita Juris renunciati certioratio, que facti est, & non præ-  
 sumitur, ergo probari debet, JASON in Aub. Sacramenta n. 59. GI-  
 PHAN. conf. 5. p. 143, inde eo melius deduci ac fortius urgeri queant.  
 Quanquam & Cautela Strykianæ, quam multis Sel. l. c. 5. § 7. cod.  
 tr. commendatum habemus, aliquid dandum esse, hoc loco pu-  
 tem, si scilicet hi, in quorum favorem renunciantur, præter instru-  
 mentum renunciativum, Notarium, & testes aliquot adhibeant, & ille  
 præsertim in subscriptione, se præsente, & audiente, ipsam renun-  
 ciationem, & pro circumstantiarum gravitate, certiorationem, &  
 cetera facta, & subsecuta esse, testetur. Insinuationem vero eo præ-  
 primis casu necessariam censem, si quid pro ipsa renunciatione pre-  
 tii intercesserit, vel si Juri sim, inv., ad summam pecunie certam æ-  
 stimato, vel partì pecuniae feudali, vulgo, dem Lehn-Stamm re-  
 nunciatum fuerit. Cum enim haec renunc. species donationis sit,  
 haec vero 500. solidos excedens, insinuatione opus habeat, licet tan-  
 tum æstimata sit, eadem de illa conclusionem, quam de donatione  
 faciunt, ROMAN. Com. Concl. L. 3. concl. 1. n. 84. KELLENEB. qu. 6. n. 4. si  
 vero jurata fuerit, licet immodica, non illa opus esse docent, BALD.  
 in L. 19. C. de S. S. Ecc. SALYC. in L. 38. n. 8. C. de don. eamque opinio-  
 nem, docendo, consulendo, ac judicando, receptam, testantur GAIL.  
 L. 2. obs. 39. n. 27. GVID. PAP. Dec. 350. n. 5. KELLENEB. qu. 6. in fin.

## SEC T. V.

## DE

## JVRIS SIMVLTANEI RENVNCIATI EFFECTIBVS.

## §. I.

Effectus re-  
nunc. I. in  
genera.

**T**ransimus jam ad sistendos effectus, quos haec nostra gignere,  
 atque producere solet renunciatio. Horum in genere unus  
 est, quod is, qui semel huic suo juri simultaneo valedixit, pro  
 investito amplius non habeatur. Renuncians enim jus suum per-  
 dit.

dit, & ad illum, cui renunciatur, transfert, arg. §. si itaque. J. DE BON. poff. L. 26. C. de adm. tut. MATTH. de Affl. in Conf. Imp. Frid. de Jur. Primit. §. tota bac lex. n. 44. DALLN. c. 18. n. 1. 2. Alter, quod II. in foemina præfertim, si ita in simultanea investitura comprehendatur, ut demum deficientibus masculis succedat, quod regulariter, CARPZ. P. III. Conf. 28. def. 13., & huic suo juri renunciet, exclusio nem successionis jam constitutæ, perpetuam reddat. Cum renunciatio, quæ pura est, & in rem, perpetuam habeat exclusionem L. f. C. de abſt. har. ALEX. conf. 20. n. 16. V. 1. CVRT. Sen. Conf. 45. Col. IX. MANT. Conf. 333. V. 1. Quod vero meliore omnino Jure, ac fundamento, si etiam generaliter renunciet, negat STRUV. obſ. feud. ad c. 9. Synt. J. F. §. 10. v. pl. KELLENBENZ. qv. 6. Quia exclusio hominis plus operari non debet, quam legis, cum major vis, ac potestas hujus sit, quam illius, GAIL. L. 2. obſ. 78. n. 4. MARANTH. de Ord. Jud. P. 4. dift. 16. n. 19. Bvrs. conf. 115. n. 2. V. 1. ergo quoque filia, ob masculos ex clusa, renunciatione non in perpetuum feudo privat, sed illis deficientibus regressum habet. ISERN. c. 1. n. 1. f. tit. quemadm. feudal. ad fil. pert.

§. II. Tertius, quod ipsa renunciatio declareret, jus renunciatum antea competuisse renuncianti, DALLNER. c. 19. n. 11. Est enim quædam privatio, quæ habitum præsupponit. MENOCH. cons. 68. n. 1. PRÜCKM. cons. 44. Quartus, quod actiones omnes, tam petitoriae, quam possessoriae ex parte renunciantis corruant, & ipse illas intendo, exceptione factæ renunciationis, paci, transactionis, & quæ sunt genus alia, repelliri possit, SWENDEND. in summ. act. for. c. 2. m. 12. §. 11. Expediti enim Juris est, quod renuncianti Juris ferme renunciati regressus, repetitiove non detur L. 14. ff. de Aed. Edict. ENENCKEL. L. 3. c. 16. n. 35. MYNSING. R. sp. 1. n. 38. SCHRAD. P. 10. S. 9. n. 201. DALLN. c. 19. n. 3.

§. III. Hæc in genere de effectibus nostri renunciati Juris, qui quousque tamen ultra renunciantis & renunciatarii intentionem non extendi debent, quoniam agentium actus, ultra, aut præter eorum voluntatem, & mentem non operantur. WESENE. cons. 74. n. 63. EVERARD. cons. 19. n. 50. L. 3. MENOCH. cons. 1. n. 223. Ex his jam facili opera colliges, quid effectuum, renunciationibus supra Sect. II. allegatis, conditionali puta, reservativæ, & tacite, sit adscribendum. Renuncia in specie in tioni itaque sub conditione promissæ, aut contemplatione alicuius rei conditionali. factæ, nullus prius datur effectus, quam si conditio evenire solet.

52 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

DECIAN. V. 2. Rp. 36. n. 1. GOMEZ. resol. T. I. c. H. n. 52. DALLNER. c. 3.  
n. 63. Vel si demum in certa conditionis eventum sit facta, hac ex-  
istente, ulterius non valet. Cessante enim renunciationis causa,  
cessat simul ejus effectus. Renuncatio enim a causa declaratur.  
MYNSING. Rp. 92. n. 19. SCHRAD. P. 10. Sect. 9. n. 207. TIRAQV. tr. cit. de  
in Treservati-  
va?  
in tacita.

cess. caus. P. I. n. 94. Quod idem de reservatione in illa adhibita praedica-  
caveris. Causa enim limitata, & restricta, eundem limitatum, &  
restrictum, producit effectum, arg. L. 2. ff. de his, quæ in tert. L.  
16. d. A. R. D. SCHRAD. L. c. n. 208. In tacita vero tam diu durat effec-  
tus, quam diu non per factum aliquid contrarium, alia, quam re-  
nunciationis hue dum tacita voluntas exprimitur. Expressi enim  
& taciti sicut eadem est virtus, & effectus idem, L. cum quid. ff. &  
cert. pet. GAIL. L. 1. obf. 116. n. 5. L. 2. obf. 30. n. 2. MASVET. præf. for-  
tit. de jure. & ult. vol. n. 57. ita expressum facit cessare tacitum, arg.  
L. 39. §. 1. ff. de Vulg. & pup. subst. GIPHAN. Conf. 9. p. 245. Ed. SCHILT.

SECT. VI.

DE

MODIS TOLLENDI, ET REVOCANDI JVR.  
SIMVLT. RENVNCIATIONEM,

§. L

**V**el renunciatio hujus nostræ Juris ab una tantum, vel per mo-  
dum pauci, aut alius conventionis, ab utraque parte facta, tol-  
latur, & revocatur. Priori casu, si nimirum illa a sola renun-  
ciantis voluntate pendet, re adhuc integra, puta, cum vel illa non-  
dum rite facta, vel per acceptationem alove modo jus alteri sit qua-  
situm, eadem sola renunciantis voluntate, & declaratione contraria,  
JOH. BOLOGNET. in L. postquam n. i. C. de past. BORELL. cons. 14. n. 9.  
quomodo ab WESEN. Comm. ad ff. t. mand. n. 9. posteriori vero, uti tam renun-  
ciatoque, re-  
nunciante, &  
renunciata-  
rio.

ciatis voluntate pendet, re adhuc integra, puta, cum vel illa non-  
dum rite facta, vel per acceptationem alove modo jus alteri sit qua-  
situm, eadem sola renunciantis voluntate, & declaratione contraria,  
JOH. BOLOGNET. in L. postquam n. i. C. de past. BORELL. cons. 14. n. 9.  
quomodo ab WESEN. Comm. ad ff. t. mand. n. 9. posteriori vero, uti tam renun-  
ciatoque, re-  
nunciante, &  
renunciata-  
rio.

ff. d. R. J. MENOCH. cons. 412. n. 49. DECIAN. resol. 39. n. 47. V. 2. Renun-  
ciatio quippe duorum, pluriumve consensu fit, ergo horum dissensu  
revocatur, DALLNER. c. 20. n. 10. Et nihil ad rem facit, quod juramen-  
tum renunciationi nostræ adcesserit; Cum enim illud in solius acci-  
pientis favorem sit adjectum, hac remissa, illud ipsum quoque remit-  
titur. GALERAT. tr. de ren. Cent. B. ren. 38. n. 3. 4. CARPZ. P. II. c. 36.  
n. 7. Sequitur quippe naturam sui principalis actus. Non ultra ter-  
minos

minos tamen hæc adserita sunt extendenda, puta si frater, in fratrium <sup>an hæc revocatio tertio</sup> favorem huic suo juri renunciaverit, & horum unus factam sibi re- nunciationem, prædicto modo, tollat, & revocet, jus ideo ceterorum, <sup>noceat?</sup>

ceu tertiorum, per illam revocationem non infringitur, ratio: pacti enim & renunciationis ea est natura, ut nemini injuriam faciat, nec tertii jus lœdat, sed salvum illud, integrumque relinquat. GAIL. L. 2.  
obs. 58. n. 4. MYNSING. Cen. 2. obs. 7. f. DALLNER. c. 4. n. 36. o. 5. n. 4.

§. II. Quid si huic fratri, renunciationem jam revocanti, absen- tibus ceteris una illa fuerit facta, & nomine horum ab illo acceptata, an simul corruat? Expositi hanc materiam, qua ratione alteri per alterum obligatio adquiri possit, solidissima aliqua observatione DN. DE WERNHER P. I. obs. 182. Omne negotium brevissimis eo reddit: aut renunciatarii ceteri, de hoc renunciatione facto certiorati, jam conferunt, adceptionemque a fratre factam, ratihabuerunt, aut non? Priori casu, licet frater renunciet rursus, sibi, & ceteris factæ renunciationi, jus hoc ceterorum, jam quæsitum, non evertet. Po- steriori vero omnino, si nimirum tempore intermedio, donec ceteri de negotio resciverunt, & illud acceptaverunt, vel ratihabuerunt, pacientes a conventione resiliant, & acceptans frater jus suum re- nunciant remittat, inutilis erit tunc horum ratihabitio, neque jus aliquod ex facta, & revocata renunciatione, allegare poterunt.

§. III. Potest etiam Juris nostri renunciatio per solum renun- ciatarium, vel actu aliquo expresso, vel tacito tolli, ac revocari. Prius per renunci- fundatur in regula: quod etiam juri, per modum pacti quasit quo modo atarium tollatur, & revo- renunciare queat. JOH. FRID. BALB. IV. de pref. P.V. qu. 6. n. 5. DALLN. ceturtenund. l.c. n. 8. Posteriori vero, testante H. PISTOR. P. IV. qu. 6. n. 36. 37., ex variis conjecturis colligitur, partim si frater, cuius in gratiam hocce nostrum jus refutatum fuit, successione, per mortem vasallū possesso- ris ad ipsum devoluta, renuncianti, renunciatam partem occupanti, non contradicit, sed illum quiete feudi possessionem simul adprehen- dere sinit; partim, si instrumentum super facta renunciatione con- scriptum, vel renuncianti remiserit, vel laceraverit, vel, quod vi- dere licuit, ipsum renunciationis actum, & expressa ejusdem verba deleverit, v. DN. DE WERNHER Obs. P.IX. obs. 27., & alia. His enim fa- tis declarat, se animum mutasse, & ipsam renunciationem remisisse.

§. IV. Praeterea nostri juris renunciatio tollitur ac revocatur, si agnatus, in cuius illa facta est favorem, fato fungitur. Mors enim, morte tolli- tur renunciatum

## 54 DE RENVNCIATIONE JVRIS EX

nunciatum est, deficientibus, Jus renunciatum reconvalescit, arg. L. 24. C. de pact. Capias hoc vero velim, si nullis liberis, vel nepotibus masculis relictis, renunciatarii decefferint. BVR. cons. 13. n. 4. V. I.

an nepotes, BART. in L. Liberorum n. 12. V. 5. Hi enim soli etiam per verba, Erben/renunciarii Leibes; Erben/ftylo Jur. Feud. confveto intelliguntur, J. F. 17. 26. renunciatio- 34. 2. F. 18. 20. 26., etiam si in literis in vestitum hoc nomine ve-  
niant. GAIL. L. 2. obs. 154. WVR M SER. de feud. improb. P. 3. Sect. 5.  
renunciatio- SCHRAD. P. 2. c. 3. n. 31. DN. DE WERNHER Obs. P. II. obs. 490. n. 4. Et  
ne, hoc mor- tuo, fruan- tur? tuor. Et quod hac parte, quod supra demonstravimus, nepotes, licet regula-  
riter sub appellatione filiorum, & haeredum non comprehendantur,  
JASON. in L. Gallus, §. instituens n. 24. ff de Lib. & postb. attendi debe-  
ant, extra dubium esse puto, cum mens hic contrahentium praecae-  
teris spectanda sit, que iusta interpretatione nepotes, expresse licet  
non nominatos, sub filiis complectitur L. 84. & 101. ff. de R. S. ALEX-  
AND. V. 3. concl. 26. KELLENB. qu. 39. n. 4. accedit, quod pacta regu-  
lariter pro realibus habeantur L. 22. & 40. pr. ff. de pact. L. 9. ff. de  
prob. BRVNNEM. ad L. 13. C. de contr. sfp. & cum pacifcente non com-  
moriuntur, sed in successorem, tam universalem, quam singularem  
L. 52. §. 1. & L. 17. ff. de pact. transcant. Hæres enim in omne jus,  
quod defunctus habuit, succedit, L. 62. ff. de R. J. L. 19. de V. S. Si  
vero nulli extent, per se dicta patent, nec interefit, an ante, vel post  
renunciatarium decefferint. AVT. FAB. in C. L. 5. t. 9. d. 12.

quomodo re- §. V. Eadem ratione, conditionis resolutivæ, & reservativæ  
nunc. condi- existentia, nostrum jus revocatur. Conditione enim cessante ipsa  
tionalis, & dispositio cessat. BARTOL. in L. 2. §. f. de cond. & dem. Jus quippe,  
reservativæ quod hactenus ex obligatione conditionali transmissum quidem,  
tollantur? non tamen penitus extinctum, dormiit, & in suspenso fuit, rursus  
revivisicit, MYNSING. Rp. 97. n. 12. KELLENB. qu. 22., ergo ad tempus  
contractus retrotrahitur, & eo loco habetur, ac si nunquam facta sit  
renunciatio. Obligationes enim ex conventione cum legem acci-  
piant, secundum eam sunt determinandæ. ALEXAND. V. 3. concl. 107.  
n. 6. LAVR. DE PINV Cons. 88. Hinc conditio quidem sive tacita, sive  
expressa fuerit, dispositioni principali est connexa, ut actum omnino  
efficiat individuum, semperque cum illa operetur; interim tamen  
ea ejus est natura, ut actum suspendat tantum, & finito negotio cor-  
ruat. In hac enim nostri Juris renunciatione, cum adposita conditio,  
& reservatio essentiam rei dent, & quasi principium, & pars omnino  
potissima dicantur, adeo ut causa finalis, conditio, & forma, in u-  
nam,

## SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI<sup>I</sup> 55

nam, eandemque quasi cooperationem coincidant, sequitur uno cessante, statim omnia tria cessare, *TIRAQV. tr. cit. P. I. LIMN. I. n. 69.* *WESENB. cons. 16. n. 9.* *KELLENB. qu. 20. n. 4.* Renunciantes enim hoc agunt, ut per illam renunciationem successio quidem pérpetua in familia renunciatarū censeatur, hac vero extincta, ex conventione reservatoria ipsis, siveque hæredibus jus ad renunciata revertendi rursus enascatur, vid. *diff. alleg. FROMMAN. de exist. cond. patr. ren. her. resp.* Dico vero notanter, siveque hæredibus, licet renuncians, conditione, & reservatione nondum resoluta, moriatur; Cum partim conventiones, æque ac renunciations regulariter pro realibus habeantur, *L. 8. ff. de pign. act.*, partim obligationes, etiam conditionales tam active, quam passive in hæredes transcant, §. ex conditionali *J. de V. O. L. 57. ff. eod. GAIL. L. 2. obs. 2. n. Roman. cons. 247.* *CRAVETT. cons. 127. n. 12. V. 1.* Jus enim renunciantis non penitus est extintum, sed suspensum, tantum, quod ad transmissionem ad hæredes sufficit arg. *L. 7. §. 1. ff. d. A. & O. MYNSING. resp. 97. n. 12.*

*KELLENB. qu. 22.*

§. VI. Tandem quoque nostri Juris renunciatio revocatur, & tollitur, si scilicet <sup>aa</sup> renuncia-  
vi, meo, dolore fuerit extorta. Cum enim renunciatio spontanea Juris sui refu-  
tatio dicatur *ROB. MARANT. c. 48. n. 1. 2. ff.* hinc contraria consensus abesse de-  
bet. Sicut enim liber & voluntarius conensus bona fidei contractum efficiens tolli & revo-  
caſa est; ita & diverso vis, & metu contrariis, & pugnans eorumdem est modus,  
que illi invicem dissolvuntur, *L. 16. ff. de R. J. ROL. AVALL. V. I. cons. 95. n. 31.*

*FORT. GARZ. tr. cit. n. 406. & 434.* Nec prator ratum habet, quod ita gestam  
est, *L. 1. ff. quod met. BÖER. cons. 1120. n. 38.* *HEIG. Comm. Inst. I. Except. in princ.*  
*n. 5. f. modo metus sit justus, & vis talis, que metum incutit, & in constantia  
hominem edere potest.* *GAIL. L. 2. obs. 146.* *DALLNER. c. L. n. 44.* Nihil ope-  
ratur quoque haec renunciatio, iuramento licet corroborata. Juramentum enim, quid si jure  
non esse debet iniquatum vinculum, hinc naturam actus sui principialis sequitur, jurandum ac-  
& Jur. Civ. nullo Pratoris auxilio indiger, Jure vero Canon. & nostro Saxonico celerit?

absolutione, & relaxatione tollitur. *F. DAVTH. d. I. n. 46.* *TREVTLER. c. I. V. I.*  
*d. 11. th. 4.* *DALLNER. I. c. n. 42.* *CARPZ. ad Cons. P. II. cons. 35. def. 3.* Eodem an illa, quæ  
dolo elicita recedit renunciatio, ratio: quia dolo deceptus non consentit *L. 9.* dolo elicita,  
*§. 2. ff. de Trans.* *WESENB. Cons. 23. n. 4.* *BOCER. Clas. disp. I. d. 3. th. 5.* licet, & iuramento  
id jurato fecerit, quia ob consensus defectum nec in ordine ad Deum, nec ad ho-  
minem obligatio ex talijuramento oritur, sed ipso jure nulla est promissio. *CARPZ.*  
*P. II. c. 34. d. 9. 1. 3.* *GIPHAN. c. I. cons. 2.* Reliqui tollendi ac revocandi, renun-  
ciationem nostram modi, facili opera tam ex se, quam casuum existentia, patent.

§. VII. Ne vero nobis objiciatur, hæcce asserta, renunciante simulante in-  
vestitum ad justum redire possit renunciatum, & illa §. 1. *Sect. V.* quibus nimi-  
rum, illius, facta juris sui renunciatione, non amplius pro investitu haberet, hujus Sect.  
diximus, inter se pugnare, pacissimum omne negotium componemus. Vtrumque suo cum §. 1.  
bare talo, etiam atque etiam vides, si distinguere tibi placuerit, renunciante Sect. V.

non intuitu domini directi, & feudi, sed eorum, quorum in favorem renunciavit, pro investitu non amplius esse reputandum. Renunciatio enim per se jus semel in feudo factum, haud tollit, sed respectu renunciariori quasi singit, tamdu renunciantem non adesse, quaudiu ipse, ejusque heredes renunciaram feudi partem possident, aut successionem in illo sperant. Ex his ergo confit, manere renunciante quasi vasallum dominii, eique ad ea omnia esse obstrictum, que leges, & observantia feudales a vasallo, alias, & similitudine inveniente expescere solent. Nimirum ut tempore, & morte legitimo, debitoque, in iuratu domini, vel vasalli casu, renovationem investiturae sua decerner expectat, & ita, nostris praepinis in terris, ubi, vi Const. Elect. 45. P. II. Mand. Torgav. & Mand. Elect. d. anno 1691. ceterorum, nulla alia in feudo successio admittitur, quam quae per conjugiam, quam vocare amant, maxime, aut si mariis simultaneam investitiram, camque suo tempore, & modo renovatam, queritur, serenissimo domino feudalii, ejusdemque Constitutionibus feudalibus satisfaciens, nisi successione, quacunque ratione renunciata, olim prorsus excidere velit. Et ita vix putamus, aliquam dubitationis aleam hac in parte a nobis esse relictam.

## SECT. VII.

ACTIONIBVS, ET EXCEPTIONIBVS EX JVRIS  
SIM. INVEST. RENVNCIATIONE RE-  
SVLTANTIBVS.

## §. I.

**A**ctiones tandem ex hac nostra renunciatione resultantes, pariter ac exceptions, tam renunciari, quam renunciariori competentes, aggredimur. Quae illi dantur, vel ex ipso renunciacioni pacto, ac promissione, vel circa hanc ex adpositis conditionibus, reparationibus, aliisque descendant. In prioribus, an vel premium intercesserit, an aliud quid praefandom, necessario inquires; in illud, renunciatis vel conditione ex moribus, vel actione P. V. ex contractu in nomine, facio ut des, vel que, cum eadem coincidit, actione in factum, L. 6 ff. C. de trans. STRYK do V. AII. S. I.m. 7. §. 5. experierit, ad id, quod alter dandum promisit, ut sua ex parte impleat. Objecis fofsan, L. 5. §. 3. ff. de P. V. caveri, non hac actione, utpote Civili, L. 7. §. 2. ff. de pact. L. 5. & 16. ff. de P. V., sed doli subsidiaria agendum esse. Verum huic statim L. 5. ff. eod. opponimus, qua contraria expresse assertur. Et ut has contradictiones tollamus, cum STRYK. c. L. §. 1. & 2. distinguimus, an ex facto renunciativo in alterum, qui se ad dandum obligavit, aliqua redundaret utilitas, necne: illo casu, ordinaria actio ad id quod promissum est, hoc vero subsidiaria instituetur. v. FRANTZK. ad ff. t. d. d. P. V. n. 49. Jam vero in negotio nostro vides, quod omnino agnatus, seu proximus, seu remotus, cuius in favorem iuri simultaneo est renunciatum, singulare atque extimum capiat commodum, cum vel pactem, ad ipsam alias non delatam, lucretur, vel fendo proxime succedat, qui per remotiorem gradum diutius forsitan, imo in ævum, fisset exclusus.

an emt. vend.      §. II. Dices præterea; actionem emti vendit? potius esse instituendam? Re-  
actio potius spondemus, inspicienda esse hic potissimum pacti, & contractus verba, si enim uter-  
ius instituenda que convenerit, ut jus nostrum retyera vendatur, ematur; y. g. Es verkaufet hier-  
da?

Mis

SIMULTANEA INVESTITURA QUÆSITI. 57

mit N. N. sein am dem Lehn-Guth ic. Kraft der Mitbelehnshaft habendes Recht und Antheil, seinem mitbelehnuten Bruder, oder Bette vor 1000. Thlr. ic. nos utique conscientes habes: Sin vero hoc non sint acta, sed certi saltem pretii, in compensationem quasi, promissio intervenierit, v. c. Er versprach hiermit, oder er wolle seiner Mit-Belehnshaft renunciare haben, und die von seinem Bruder, oder Bette dafür verprochene 1000. Thlr. welche er accepit, erwarten ic. tunc non entio venditio, sed nostra revera, quam adduximus contractus celebratur, & ex hoc, non illo, agi possit videatur.

§. III. Quæritur hoc loco, an renuncians quoque facta jam renunciatione, an renunciatione conditione causa data, causa non secura, uti queat? Evidem videtur in omni con- ans, condic- tractu illum valide non esse obligatum, cui nihil reipæ datum est; cum hic non causa data iusta convention, & consensus, sed si ab una parte illa rei datio, vel facti praefatio &c., uti que- intercedat, obligationem parat, ergo huic ponendis, & rem, aut factum re- at? petendi, & resindendi, & licentiam salvam manere L. 7. §. 1. L. p. de Cond. cauf. dar. quod & hodie ita sese habere assimat, CARPZ. P. II. c. 33. d. 23. At pu- tarem, cum sane factum infestum fieri nequit, conditionem, si repetitionem facili per rerum naturam institui non posse, v. LVDOV. Dobr. Pand. L. 12. l. 4. §. 3. hinc melius loco facti interesse, quanti scilicet mea non fecisse, & non renuncias- fe, interst. esse condicendum, FRANTZK. d. l. n. 47, STRYCK. d. l. §. 15.

§. IV. Eadem actio, & conditione in reliqua renunciatione, ubi vicissim ali- Exceptions quod præstandum factum promittitur, locum sibi vindicabunt. Si nondum illa renunciantis, fuerit facta, & alter agnatorum eam ureat, sine dubio exceptione nondum secuti implementi repellere poterit. Hac vero jam peracta, si renunciantis possessionem partis in feudo renunciata jam occupaverit, quid tunc consili? Novitus quidem, Quales acti- renunciandi ad iura renunciata non dari amplius regressum a L. 14. ff. de Ad. Ed. ones habeant JO. VAWD. VAR. quaf. L. 2. qv. 8. ENENCKEL. Priv. L. 3. 3. 3. 39. sed ius suum in casu feudi perdere, & ad illum, cui renunciatur, transferre §. Is quis itaque L. de bon. poss. iam occupa- MENOCH. conf. 16. n. 15. quod Sec. V. fusius expoluimus: Verum eodem tempore occurrit, parim renunciantis, facta licet renunciatione, tam diu nondum valide rat. dubit. esse obligatum, quando in nihil ipsi datum, præstimumque est L. 3. §. 1. ff. de Cond. cauf. das, & STRYCK. c. 1. §. 2. 3. partim, si & haec non sufficiunt, ad ea habere regres- sum, qua ex facto renunciantarii orjuntur. Renunciatio enim ea, quæ ex facto eius, cui renunciat, omnium habent, nunquam includit, ROL. & VALLE V. 1. conf. 99. n. 37. DECLIAN. V. 3 Rp. 19. n. 54. ANCHER. conf. 414. IOH. de ANAN. conf. 74 n. 2. ALCIAT. ref. 689. n. 4. etiam factum, ex quo causa non implementi exituit, esse justum, CRAVETT. conf. 1. 99. n. 8. PARIS. conf. 49. n. 6 l. 1. MENOCH. conf. 1. n. 36. FETS. c. 1 c. 7. §. 39. ergo sequi colliges, renunciantem vel actione utili rei vindicatoria, vel interdicto possessorio quorum honorum adressum renunciarium pro- prio, & illicio facto possessionem, & feudum occupantem, eum detentorem & ma- la fidei possessorem uti posse, arg. 2. f. 8. & 16. SCHILT. c. 26. l. 1. A. Quod enim ha- actions, & remedia etiam in feidis applicari possunt, restantur late, SCHRAD. P. an ha- actio- II. c. 3. n. 27. FRIDER. tit. 16. n. 38. ANTON. Disp. Vend. 13. th. 5. ag. 6. SCHWITZ. nes locum Syn. Feud. c. 12. n. 14. PHILIPP. Vs. Præf. Inß. L. 4. t. 15. th. 3. HAHN. ad WE. in feudum SENB. Tit. de Interd. n. 8. SCHOBEL. Diff. XI. th. 9. STRUV. c. 16 HORN. c. 24. §. habent? 10. Formulas exhibent SWENDEND. c. 11. ds. Ati. m. 2. ANTON. disp. cit. th. 3.

§. V. Conditione renunciationi adposita, & reservatione resoluta, nullum est Quæ dantur dubium, quin non eadem civiles, & possessorio actiones aduersus agratos, qui seu in renunci-

58 DE RENVNC. JVRIS EX SIMVLT. INVEST. QVÆSITI.

condit. & re-  
serv. resolu-  
ta? agi poterit, HORN. c. 2. §. II., nomine veniunt. In tacita renunciatione, feudo  
jam occupato a ceteris, eadem momenta, exdemque actiones dabuntur, quibus ri-  
te deductis, actori simulante investito eadem beneficia ad adipiscendam feudi pos-  
sessionem competent, quæ O. R. S. t. 39. §. 4. tali in casu præscripta leguntur.

Actiones re-  
nunciatarii  
quales?  
quid si re-  
nuncians  
feudum re-  
nunc. facta  
nunc, facta  
occupaverit? quoque Possessorio, quorum bonorum experientur.  
an Interdi-  
cio ex Canone Redintegranda Caus. 3. qv. 1. Putarem vel non? Novimus quidem  
recup. poss. simultaneo investitum, & hoc loco renunciatarium, jure quodam cum possessore  
& Canon. re-  
communi vel ita gaudent, ut statim feudo aperto acte secundo succedit. Hæc vero  
dintegrandia  
uri queat re-  
nunciatarius

§. VII. An etiam Interdicto retainenda, vel recuperandæ Possessionis, aut reme-  
ditis retin. & dio ex Canone Redintegranda Caus. 3. qv. 1. Putarem vel non? Novimus quidem  
recup. poss. simultaneo investitum, & hoc loco renunciatarium, jure quodam cum possessore  
& Canon. re-  
communi vel ita gaudent, ut statim feudo aperto acte secundo succedit. Hæc vero  
dintegrandia  
uri queat re-  
nunciatarius  
Exception,  
ejusd. adver-  
sus renunci-  
antem.

inv. quæsti Juris exponentia & adserenda in nos summis. Fataem, materiae hujus  
campum adeo latum esse, & diffusum, ut ulterius expatriari, multisque aliis, non in-  
jucundis theses has illustrari posseferent. Verum spatiis paginarum, quæ præter  
spem, & opinionem nimis inter elaborandum excrerevent, iniquis certe exclusi, hic  
quidem inviti subsistere, & filium abrumperem cogimur, persuasi tamen, nos ea, quæ  
hoc in puncto scitu, & lectu necessaria videbantur, in compendio, quantum pro ex-  
iguo ingenii modulo fieri poterat, exhibuisse, sectorem humanissime rogantes, ut  
talia qualia nostra meditata, atque asserta æqui bonique consulere, nosque  
suo favore, & in posterum complecta velit.





Wittenberg, Diss., 1730 A-K



f

TA 70 L

nur 14. Stck. bisher verknüpft





DISSESSATIO INAVGVRALIS JVRIDICA  
*DE*  
RENVNCIATIONE  
JVRI S 1730 17  
EX SIMVLTANEA INVESTITVRA  
QVAESITI

QVAM  
CONSENSV AC DECRETO  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
PRAESIDE

# JO. GODOFR. KRAVSIO JC TO

INSTIT. P.P. CVRIA PROVINC. SCABIN. ET FACVLT. JVRID. VITEMB.  
JUDICII ITEM PROV. INFER. LVSAT. ASSESSORE DIGNISSIMO

# PATRONO SVO DEVOTE COLENDO

# PRO LICENTIA

SVM MOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI

*AD DIEM XXVII. OCTOBris MDCCXXX.*

# IN AVDITORIO MAJORI

ANTE ET POST MERIDIEM CONS.

S Y B M I T T I

AVGTO

CAROLVS GODOFREDVS ENGELSCHALL  
J. V. CAND. REGIO-ELECTORALI CAMERAE A COMMISSIONIBVS  
P. T. ACTVARIVS.

VITEMBERGAE, STANNO SCHLOMACHIANO